



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Capvt IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

proinde nec mundum hunc nec opes, imò nec vitam nostram illi antepoamus: semper ~~vero~~ ad mortem preparamur, ut quandocumq; ille veniat, ipsius conspectum ferre possimus. Ipsa debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

CAPUT IX.

ET post dies sex assumit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem, & subducit eos in montem excelsum priuatim solos: & transformatus fuit coram illis, & uestimenta eius facta sunt coruscantia, candida ualde ut nix, qualia non potest fullo super terram dealbare. Et uisus est eis Elias cum Mose, qui colloquebantur cum Iesu. Tunc respondens Petrus, dicit Iesu: Rabbi, bonum est nos hic esse, faciamus igitur tabernacula tria, tibi unum & Mose unum, & Eliæ unum. Non enim sciebat quid loqueretur: erant enim exterriti.

IN Dominis noster Iesus Christus uniuersalem recte & beatè uiuendi regulam præscripsit, qua ab vno quouis homine carnis & ingenite nature abnegationem, patientiam in cruce & cum fide coniunctam exempli sui imitationem requirit: mox grauissimas rationes subiicit, quibus præsentis vite cupiditatem, diuitiarum illecebras & huius mundi studium reprimere uoluit, quæ tria maxime obstant, quò minus ab illo præscriptam regulam sectemur. Fuit inter has præcipua, nouissimi aduentus sui ad iudicium denuntiatio, in quo se nequaquam pro suis habiturum minatur eos, quos coram mundo hoc adultero & omnibus modis corruptissimo, sui & Euangelij sui puerit. Quia uerò impij, quacumque de futuro seculo dicuntur, negare solent, & ipse non ignoraret, nouissimis temporibus paucissimos fore, qui mundum hunc interituum, & ipsius iudicio homines omnes sistendos esse credant: simul regni sui celestis & nouissimi sui aduentus spectant quoddam & gustum nonnullis promiserat. Et hunc in præseni transformationis sue historia exhibet, quam à tribus Euangelistis spiritus sanctus diligentissime describi uoluit, eo quòd multa illi insunt, quorum cognitio consolationi simul & institutioni nostræ plurimum seruit. Ante omnia uerò præcipuum illius scopum obseruare oportet, qui duplex est. Primò enim ostendit, quomodo olim ad iudicium uenturus sit Christus, & que nam futura sit cum regni ipsius cum omnium piorum in celis conditio. Quia enim nos corpori Christi glorioso similes fore Paulus testatur, tales omnino erimus, qualem hic se se discipulis conspiciendum exhibuit. Deinde perspicue docet, Iesum hunc reuera esse promissum illum Saluatorem, quem regno suo instaurando Deus ab æterno prædestinavit, & quem omnes eos amplecti oporteat, qui regni illius ciues fieri uelint. Ad primum ea pertinent, quæ modo prælecta sunt, & quæ diligentem omnium circumstantiarum descriptionem complectuntur.

Primum tempus notatur, & post sex dies, ex quo ista promiserat, hæc facta esse dicuntur. Lucas ostendit meminisse, nec tamen à Marco & Mattheo dissentit. Hi enim dies intermedios tantum numerant. Ille uerò duos quoque extremos adiecit, primum scilicet, quo ista Christus promissit, & illum ipsum, quo transformatus est. Facit autem hæc temporis notatio ad Christi fidem declarandam, qui cum ipsa sit ueritas, promissis suis nunquam deest, nec etiam illa diuini differe, quàm nobis conducere nouit. Quare hoc & eius generis alia exempla ad omnes illius promissiones extendere debemus, ut fidei nostræ confirmandæ seruiant, & fluctuantes nos in obedientie officio continent.

Secundo persone nominantur, quas huius rei spectatores esse uoluit. Sunt autem tres numero, Petrus, Iacobus & Ioannes, quos alibi quoq; sibi præ cæteris familiariores habuit. Nò ijdem supra quos, cum Iairi filiam suscitaret, ipsi præsto fuerunt. Et ad Oliueti montem coram his ipsis extremam suam infirmitatem testatus est. Tres uerò adhibuisse uidetur, ut sufficiens de his testimonium possent reddere, Notum est enim illud in Lege: In ore duorū aut trium testium stabit omne uerbum.

Argumētum eius
us presentis
loci.
Matth. 17.
Luce 9.
Philip. 3.
I. Tempus.
II. Testes.
Marc. 5.
Matth. 16.
Deut. 19.
Ioan. 8.



2. Timoth. 2. Interim admonemur hoc exemplo, magna esse inter electos donorum discrimina, adeo ut alij alijs præsent, & excellentiores habeantur. Et ut in magna domo varia vasa sunt, nec idem pretium est eorum quoque quæ ad honorem seruiunt: Ita pro functionum diuersitate Deus suos vel pluribus vel paucioribus donis instruit. Huius meminisse debent, qui rerum gubernaculis præsumunt, ne temere quibusuis cuius committant, sed donorum rationem habeant. Et qui se præ alijs instructos esse, & præ alijs grauioribus negotijs adhiberi vident, non insolentius agant, sed cogitent, se à Deo accepti, quæ præ alijs habent, cui olim rationem reddent. Rursum qui se minus habere intelligunt, non ideo vel de Deo præsumptio desperant, vel fratribus suas illas prærogatiuas inuideant, sed Apostolos imitentur, qui cum ierosolimita hosce sibi in multis præferri viderant, minime tamen aduersus Christum murmurant, nec quæquam illis inuidiose exprobrant. Quod ipsum si hodie omnes obseruari, et ipsi donis suis rectius uterentur, & minus simulatum atq; contentionum esset in ecclesijs.

III. Locis. Tercio locus quoque notatur, quando Christus discipulos hos in montem excelsum subleuauit, quem Hieronymus Thabor vocat. At illud Christo solenne fuisse videtur, ut de rebus magnis acturus, montes ascenderet. Ex monte enim nobilem illam concionem habuit, quam Mattheus prælixè describit. In monte illum orasse frequenter legimus. Et mortem aditurus ad Olivæ montem preces fundit, & ex eodem postea celos conscendit. Ita verò docet, nos si quid rei sacra tractare libet, animos & cogitationes nostras à terrenis in altum subuehere nec humanis rationibus acquiescere habere. Vt enim caro spiritus mysteria non percipit, ita eidem aduersari solet. Quare nos, quo ad hæc dictata audimus, in celestium cognitionem peruenire impossibile est. Et huc facit, quod Lucas ait, ut primum eò peruenit, orauisse scribit, ut illum non tam corpore quam animo in altum conuersum ostendat. Constat enim oratione mentes nostras ad Deum attolli, ut cum eo colloquantur de rebus nobis maxime cordi sunt. Et sanè ut omnia alia diuinitus peti debent, ita cunctis precibus præcipua est ijs, qui vel Christianam in regno suo clarificati mysteria intelligere, vel futuræ clarificationis sortes fieri cupiunt.

III. Modus clarificationis. Porro huius quarto loco clarificationem ipsam Marcus subiicit. Et primò quidem in genere complectens ait: Transformatus fuit coram illis. Deinde mox illud ipsum plenus expatit, dicens: Et vestimenta eius facta sunt corruſcancia, candida valde ut nix, qualia non potest fulsisse inter terram dealbare. Mattheus verò faciem quoque meminit, quam Solis instar splenduisse scribit. Similiter etiam cum Christo visuntur Elias & Moyses, quos ipse excessum illi exposuisse Lucas ait, quæ Hierosolymis completurus erat. Commodè verò de hoc sermone faciunt, cum paulò ante illud mentione Petrus tam grauius offensus esset. Hinc enim discitur, idem olim in lege iurari, & prophetis prædictum fuisse, quorum omnium personam duo isti modo sustinebant. Sed diligenter hanc tractatio ad secundum huius historie scopum pertinet, de quo in sequenti sermone dicetur. Nihil excutienda veniant.

Quomodo Christus ad iudicium uenturus sit. Primum, ut Christus nouissimo die ad iudicium uenturus sit. Veniet autem idem ille Deus, qui ex Maria virgine homo factus est, & illo ipso corpore ueniet, quod ex Maria assumptum, in quo cum hominibus in terris uersatus est. Nec audiendi sunt, qui illum in celis agentem carnis uenturam deposuisse, & humanam naturam à diuina absorptam esse docent. Supra enim promissum discipulis, quòd talem uisuri essent, qualis in suo regno & gloria uenturus est. Viderunt autem uenturum hominem, qui nec faciem nec alia membra deposuit, sed nouo splendore & celesti gloria, simul totum illustrauit. Quid? annon Daniel quoque, extremi iudicij cyrum in spiritu prævidens, huius hominis se uidisse testatur? Et ipse Christus de nouissimo suo aduentu differens, frequenter huiusmodi uocabulum usurpat. Videbunt (inquit) filium hominis uenientem in nubibus caeli. Item, cum uenerit filius hominis in gloria sua, &c. Et rursum: Filius hominis cum uenerit, an reperietur eum fidem in terra? Taceo infinita eius generis testimonia, quæ ex prophetarum & Apostolorum scripturis colligi poterant. Quare firmiter credendum est, eò ipso corpore uenturum Christum, in quo præter acerbam mortem sustinuit. At illud ipsum, etsi substantiam non exuerit, clarificatum tamen carnis exuerit, quæ nostris corporibus ex peccato inhaerent, & quæ olim in Christi corpore cum habebant, eò quòd nostra peccata in se receperunt. Et huc facit illud Augustini, quòd in Epistola ad Dardanum habetur: Sic uenturus est illa angelica uoce testans: quem admodum ire uisus est in celis.

bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula, &c. At de eodem dicitur, quid quid dicitur ignorari, & quod omnes simul errore & stupore, ceu somno, aggravati fuerint. A ceteris hoc illud quod in carne adhuc infirma & mortali agerent, nobis vero post nostrorum corporum clarificationem nihil tale metuendum erit. Elucet autem hic infirmitas nostra qua celestis gloria aspectum suum non recipit, cuius multa in sacris literis exempla habemus. Iacob patriarcha ex angeli conspectu in terram rediit. Moysi Dei faciem videre cupienti respondetur: Non videbit me homo, & viuet. Semper propter caritatem, ne Deus cum ipsis loqui pergeret. Danielem quoque in visionibus concidisse legimus, quod ipsum postea Ioanni Apostolo in Patmo contigit. Zacharias vero Ioannis Baptistae pater, cum angelum vidisset, obmutuit. Seruiant hac institutioni, ne alium sapiamus, & simul illorum arrogantiam suspectam habeamus, qui angelorum apparitionibus & visionibus impudenter gloriantur. Et hac quidem de prima huius historie parte, & primo illius vsu dicta sint. Agnoscamus in his Dei beatitudinem, qui vt nos per filij sui meritum celestis regni heredes fecit, ita eiusdem gloria nobis in eadem illo reuelare dignatus est. & huius spe inflammati, terrena relinquamus, & constanti fide per vitam vitam discrimina ad celestis patrie hereditatem contendamus, vbi cum Christo Iesu Dei filio regnabit, & vnico saluatore eternum viuere dabitur; cui debetur benedictio, honor gloria & potestas eternum. Amen.

H O M I L I A LXXII.

Et facta est nubes, quae obumbravit illos, uenitque uox e nube, dicens: Iste est filius ille meus dilectus, ipsum audite. Et repente cum circumspexissent, non amplius uiderunt quenquam, sed solum Iesum esse secum.

Argumentum
& usus presentis loci.

Duplex presentis historie scopus & vsus est. Primum enim docet, quemodo Christus Iesus ad iudicium venturus, quaeque in resurrectione et regno celestis priorum conditio futura sit. Secundo Iesum hunc, qui ex Maria virgine homo natus est, simul Dei filium, & olim promissam hominibus salutarem esse testatur, cui omnes eos consecratos esse & obedire oporteat, qui salutem cupiunt. De priori nuper diximus, quantum per Dei gratiam datum fuit. Quare de posteriori modo agemus, cuius tractatio & cognitio vt nobis salutaris & necessaria est, ita fidem meretur certis & minime fluctuantem, cum non hominis alicuius aut angeli testimonium, sed ipsius Dei patricium proponatur, qui celestis voce docet, quid de filio suo Iesu Christo teneri & credi debeamus. In primis uerbis vniuersam fidei & salutis nostrae rationem ita complectitur, vt illa sola ad omnia huius seculi de fide & religione controuersias dirimendas sufficere possint. Quare utilissimum fuerit huiusmodi la ex ordine considerare.

Author oraculi
Deus.

Primum author oraculi, Deus pater, certis quibusdam indicijs denotatur. Nam nubes lucida discipulos obumbrat, & ex nube illa vox auditur. At nubes diuinae praesentiae signa esse scriptura abunde constat. In nube enim Israelitarum castra prauiuit, cum ex Aegypto liberatos per mare rubrum & desertum duceret. Nubes quoque tabernaculum operiebat, quando responsa Deo dabatur. Milititer nube templum replebatur, cum illud diuinis cultibus Solomon dedicaret. Nubes denique David vehiculum esse Dauid ait: nimirum quod illis suam praesentiam & virtutem nobis declarat. Cum ergo hic quoque, nubes montem simul & discipulos obumbrarit, & ex illa ipsa nube vox prodierit, Deum huius vocem fuisse, minimè dubium est. Et cum alibi caliginis & nubium aeriarum mentionem faciat scriptura, quae horrore plena Dei irati maiestatem denotant, hic lucida nubes cernitur, quae & praesentis clarificationis Christi negotio probe conuenit, & de Dei fauore luculenter testatur, qui (vt postquam diem) nobis in Christo reconciliatus est. Debent autem ista oraculi huius auctoritatem & fidem commendare, ne Dei patris de filio testimonium aliqua ex parte in dubium vocemus. Si enim hominum testimonium recipimus (vt Ioannes ait) maius vtrique & ponderosius censei debet Dei testimonium, quod tanta cum grauitate & gloria filio suo reddidit.

Vnde petitum
oraculum.

Ceterum priusquam ad huius testimonij sive oraculi explicationem descendamus, vnde illud dicitur sumptum sit, videre oportet. Ex scripturis nimirum veteris testamenti, in quibus singula illius potest

us expressè ponuntur, In Psalmis enim habetur: Filius meus es tu, hodie ego te genui. Apud Isaiam Psalms. 2. 4
 vero de Christo Deus loquitur: Ecce servus meus, quo mitar: electus meus, quo placatur anima mea. Isaias 42.
 Mosè vero, cum prophetam illum magnum diuinitus promiseret, quem Christum Iesum esse Pe- Deut. 18.
 trus & Stephanus testantur, addit: Hunc audite. Quid ergo dicemus? Num ex scripturis mutua- Actos. 3. 7.
 tur Deus, quæ de filio pronunciat? Imò nisi hæc iam olim per spiritum suum in Moysè & prophetis
 locutus esset, illi quod dicerent, non habuissent. Et licet alijs verbis filium suum commendare possent,
 illis tamen vti voluit, quæ in veteri scriptura continebantur, vt & scriptura sacræ auctoritatem
 assereret, & Iesum hunc eum esse testaretur, qui olim per Moysen & prophetas humano generi salua-
 tur promissus est. Quod cum primis facit, quod nuper cum Christo Moysen & Eliam à discipulis vi-
 sus fuisse, & illos ipsius excessum siue mortem exposuisse, audiuimus. Et sanè, si Moysis & propheta-
 rum scripta euoluamus, illos omnes Christi passionem & gloriam (vt Petrus ait) inuestigauisse pa-
 ruit: vt non temere Christus resuscitatus dicat, oportuisse se mori & resurgere, vt impleantur, quæ
 in Moysè, Psalmis & prophetis de se scripta extant. Plurimum ergo ad scriptura sacræ commenda-
 tionem facit hic locus, & eos confutat, qui veteris Testamenti libros nihil ad nos pertinere clamant.
 Quos si interrogaueris, cur Deus pater scriptura verba cælitus intonare, cur item Christus ipse &
 Apostoli Moysen & prophetarum auctoritatem allegare voluerint, non habebunt quod respondeant,
 nisi ea quos, fabulosa dicere velint, quæ ab Euangelistis traduntur. Quod si fecerint, Iudeis et Tur-
 cis deterioris sunt, nec digni, cum quibus de fide & religione disputetur. Potest etiam ex hoc loco ijs
 responderi, qui cum de totius scriptura fide dubitent, Deum, vt olim, cælitus loquentem audire cu-
 puerint, aut angelos doctores sibi dari petunt. Atqui hic Deus ipse loquitur, & paucis omnem nostræ sa-
 luti rationem simul & officium, quo ipsi abstracti sumus, comprehendit. Nec tamen aliud dicit, quam
 quod ex eius suggestione iam olim Moysen & propheta scriptis mandauerant. Neg, hodie aliud dictu-
 rus esset, si denno nobis coram loqui dignaretur. Procul ergo faceant impia & scurriles illa postula-
 tiones: Et Dei bonitatem potius agnoscamus, qui ne satane prestigij locus esset, salutis doctrinam
 non ex reuelationibus incertis, sed certis scriptura sacræ oraculis nos discere voluit. Eas ergo scrute-
 mur, et in illis loquenti Deo credamus, nisi incertis et aditionibus circunduci et male perire volumus.

Hic præmissis, ipsum patris Dei oraculum excutiemus, quod tribus partibus constat. Prima Oraculi partes
 quæ nam sit Iesus docet, quoad personam, siue essentiam. Secunda illius officium explicat, cui illum
 pater iam inde ab æterno destinauit. Tertia nostri nos officij admonet, quod illi debent, qui per ipsum
 saluari volunt.

Primo quis nam Christus sit, docetur, quando de illo loquens Deus pater ait: Iste est filius ille 1. Quis Chris-
 meus dilectus. Filium vocat, non ea ratione, qua nos propter adoptionis gratiam filij Dei censemur, stus.
 sed sibi coæternum & consubstantialem esse testatur. Et huc facit, quod dicitur: Iste pronuncians,
 articulum & dilecti epistolon addit: Quasi diceret. Hic est vnigenitus ille et verus meus filius, quæ
 vt ab æterno mihi consubstantialem genui, ita nunquam mihi inuisus & exosus, sed semper vnice di-
 lectus fuit, nunc maxime, quando vt meo decreto obtemperet, vilem & miseram mortalium carnem
 assumere dignatus est. Afferitur ergo hac voce Christi diuinitas, & cum de eo ista dicantur, quem
 hominem verum factum esse scriptura docet, eundem verum Deum simul & hominem esse constat, Rom. 8.
 quæ de re alibi prolixius est dictum. Est verò hoc euidentis dilectionis Dei argumentum, qui vt
 nos, qui filij iræ eramus, ex morte in vitam assereret, filium suum vnigenitum, et qui solus diligi me-
 rebatur, pro nobis tradidit. Euerit hoc omnem nostrorum operum & meritum fiduciam, quando
 hoc nulla alia ratione fecit Deus, quam quod nos immerentes dilexit, iuxta illud Apostoli: In hoc est
 charitas, non quod nos dilexerimus Deum, sed quod ipse dilexit nos, &c. Deinde vt hoc ipsum con-
 solationis seruit, & de gratia Dei certos reddat, quod qui filium dedit, nihil eorum negaturus sit, quæ
 nostre salutis inferuntur: Ita nostri nos officij admonet, vt Deum ipsi quoque, redamemus ex tota ani-
 ma nostra, nec quicquam illo charius & præstantius habeamus. Quæ enim rema digni erunt, qui
 huius mundi opes & voluptates, siue etiam vitam suam Deo præferunt, qui nos filio suo vnigenito et
 dilecto (vt ita dicam) chariores habuit?

Secundo officium Christi indicatur, ad quod illum pater ab æterno prædestinauit. Nam apud 2. Officium
 Martiæum additur: In quo mihi complacuit. Quam particulam Marcus & Lucas sub dilecti epi- Christi.



1. Pet. 1.

Genes. 5.
Rom. 5.
Isaie 59.

Isaie 53.
1. Cor. 1.
2. Cor. 5.

3. Officium no
firum.
Deut. 18.
Isaie 61.

1. Pet. 1.
2. Pet. 1.
Matth. 23.

Ephes. 4.

Ioan. 1.

Marc. 4.
Ioan. 5.
Matth. 7.

Ioan. 8. 10.

Summa eorum
que ad nostram
salute spectant.

Concilium Tha
boricum.

theto comprehensisse videntur, eò quòd filium pater ita diligit, ut propter illum nos quoque in gratiam receperit. Illum ergo mediatozem esse docet, qui ut nos Deo reconciliaret, in mundum venit. Constat enim nos omnes ex Adam peccatores & filios iræ nasci. Nam cum peccando à Deo imago ne & prioris suæ dignitate Adam excidisset, iuxta suam imaginem filios suos genuit, sicut per unum hominem peccatum in mundum introiens uniuersum mortaliu genus peruasit. At quia peccati à Deo separant (sicuti ipse per Isaïam docet) nobis nullus ad ebronum gratie aditus pateat, nisi mediator aliquis Deum nobis iratum placaret. Hunc Christum esse pater ipse in presenti testatur, & sic in illo nobis peccatorum remissionem & iustitiam, vnionemque cum Deo & uitam æternam cum monstrat. In hunc enim Deus conuenire fecit omnium nostrum peccata, que mortis suæ meritis ara crucis expiauit, sicut nobis à Deo factus est iustitia, satis factio, sanctificatio & redemptio. Et hic huc quod Paulus scribit: Omnia ex Deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum Iesum, deditque nobis ministerium reconciliationis: quandoquidem Deus erat in Christo, mundum sibi reconciliaturus, imputans eis peccata sua: et posuit in nobis sermonem reconciliationis. Itaq; nomine Christi legatione fungimur, tanquam Deo vos obsecrante per nos, Christi nomine rogamus, Reconciliemini deo. Eum enim qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei per illum. Cuius generis multa extant in prophetis & Apostolicis literis, que passim magno consensu tradunt, non alio mediatoze nos cum Deo reconciliari & saluari posse, quam Christo Iesu, cui ipse pater dicit testimonium cælestis reddens, confirmat ea, quæcumq; in hanc sententiam alibi habentur.

Tercio nostri nos officij Deus admonet, addens: Hunc audite. At dum nos illum audire debet, utiq; eum nobis doctorem constituit, qualem illum passim scriptura proponit. Moses certe (ut supra diximus) prophetam vocat, quem qui audire noluit, excidit & populo mereatur. Apud Isaïam quoque à Deo uictum & missum affirmat, ut pauperibus Euangelium, captiuis liberationem, & reum illum iubilium humano generi annunciet. Nec illum eo modo tempore docuisse putabimus, quæto in carne inter homines uersatus est. Quin olim spiritu suo prophetas adfuit, qui ab ipso illustrati salutis mysteria ueteribus tradiderunt. Idem Apostolos dedit, quorum ministerio orbem terrarum uniuersum in Dei & salutis cognitionem adduxit. Quin in cælis confidens, etiam munus dona sua beatissimis largitur, & alios quidem facit Apostolos, alios uero prophetas, alios euangelistas, alios doctores & pastores, quorum opera ecclesiam suam instaurare & ædificare solet. Perpetuus ergo & uinculis ecclesie doctor est, eoque præstantior reliquis omnibus, quod è sinu patris ad nos missus de suo accipit que nobis traderet, & quod nemo prophetarum & Apostolorum tanta cum maiestate ordinatus legitur, quantam hic in Christi ordinatione diuinitus adhibitam fuisse uideamus. Debet igitur meretur, ut eò diligentius præstemus quod hic à nobis pater exigit, dum nos illum audire iubet. Non enim inanem auscultationem præcipit, quam multis non profuisse scimus, qui illum docentem sequentibus audierunt. Sed primò quidem attentionem animorum requirit, deinde fidem que cum ipso & ardenti obedientie studio coniuncta sit. De attentione supra egit in parabola seminis. Religiosè similiter comprehendit, quando apud Ioannem ait: Amen dico uobis, qui audit uerbum meum, & credit ei, qui misit me, habet uitam æternam. Item apud Mattheum: Qui audit ex me sermones istos, & facit eos, illum similem dicam uiro prudenti, &c. Primus ergo nostri officij gradus est, Christum in Euangelio loquentem audire. Nam oues meæ (inquit) uocem meam audiuistis, & sequimini eam. Item: Qui ex Deo natus est, audit uerba mea. Secundus, ijs credere, que ille loquitur. Tertius, pro fidei obedientiam se eorum illi accommodare. Qui hæc præstant, in fide in Christum iustificati & iustificati peccare desinunt, & uitæ innocentiam custodiunt.

Habemus ergo in his uniuersa fidei & salutis nostre mysteria, sicut in initio monuimus. Nos enim peccatores & propter peccata mortis reos ac iræ filios esse constat. Aliunde ergo querendus erit, qui peccatis liberet, qui uitam restituat, & filios Dei faciat. Atqui de hoc hodie passim disputatur. Sunt enim qui suorum operum meritis istud se consequi posse putant. Sunt qui diuisi mediatozibus utantur. Sunt qui fidei & salutis sue incerti, Concilij generalis determinationem expectant. At omnibus istis mederi poterat unicum hoc Dei patris oraculum, quod non temere illi elapsim, sed in Concilio omnium sanctissimo pronuntiatum est. Nam in sancto illo monte conuenit quædam respublica, que in cælis siue in terris, aliquam auctoritatē meretur. Ascendit eò Christus cum tribus discipulis, qui

hii familiarissimos habuit. Adsum ex defunctorum numero Moses & Elias, qui omnium veteris Testamenti sanctorum personam sustinent, & iidem Christi excessum siue mortem exponunt. Mox Deus pater in nube lucida descendens alta voce decretum aeternum & inuolabile denunciat: *Iste est filius ille meus dilectus, in quo mihi complacui, hunc audite.* Et cum ad Christi contactum (ut Martineus scribit) discipuli, quos diuina maiestatis fulgor exterruerat, repente circumspecterent, neminem preter Iesum solum viderunt. Solus ergo ille Dei filius magno suo merito dilectus est. Solus ille mediator est, in quo patri complacuit. Solus nostra est satisfactio atq; iustitia. Solus catholicus & orthodoxus fidei & salutis doctor est, quem omnes audire oportet, qui cum Deo reconciliari, & salutem consequi volunt. Quid ergo contendimus? quid frustra disputamus? Quid Deo ipsi ex nobis novos mediatores obtrudimus? Quin illum in propheta clamantem audimus: *Ego Dominus, hoc est* Isaie 42. Ioan. 14. Matth. 11. Act. 4.

Item Ego sum via & veritas: Nemo venit ad patrem nisi per me. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, et ego vos refocillabo. Audiamus tamen Apostolos, quos unanimi consensu testari scimus, non esse aliud nomen sub caelo hominibus datum in quo saluari possunt, praeterquam Christi Iesu. Hec si hodie audiret infelix mundus, mox contritus si omnibus finem impostum videret, & neq; Concilij generalis expectatione se suspensum teneri pateret, neq; vltos praeter ea audiret, qui diuersam ab hac fidei & salutis rationem eradere audent. Quia vero pleriq; insanire libet, qui humana placita diuinis oraculis praeferrunt, nostrum tamen ferit, ista firmiter tenere, nec incertis opinionibus extra Christum vagari, in quo omnes salutis thesauri nobis repositi sunt. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

HOMILIA LXXIII.

Cum autem descenderent de monte, praecipit eis ne cui narrarent quae uiderant, nisi cum filius hominis a mortuis resurrexisset. Et tenuerunt apud se uerbum hoc, quarentes mutuo, quid illud esset. A mortuis resurgere. Et interrogarunt eum dicentes: Cur scribae dicunt, quod Eliam oporteat uenire prius? Ipse uero respondens dixit illis: Elias qui dem cum uenerit prius, restituet omnia: & ut scriptum est de filio hominis, oportet ut multa patiat, & pro nihilo habeatur. Sed dico uobis, quod Elias uenit, & fecerunt ei quaecumque uoluerunt, sicuti scriptum est de eo.

Dominus noster Iesus Christus in praecedenti suae clarificationis historia tribus discipulis glorie & regni sui caelestis gustum exhibuit, ad quos simul vox caelestis delata est, quae Deipatri & usui praesentis loci. *Et uos saluati in Christo estis.* Nihil uero hic praecipuus finis est, ut nostra salutis in Christo certi, nullis aduersis siue periculis, nullis item hominum amicitijs nos ab ea fide abstrahi patiamur, quae & patris Dei reconciliationem, & uitam aeternam nobis in Christo uerissime commonstrat. At quia adhuc in nonnullis discipulis haerebant, de illis in praesenti disserit. Nobis uero istius colloquij hic usus est, ut plenius adhuc discamus, in uero Christo impleta esse, quaecumq; de humani generis saluatore & tota salutis nostrae ratione olim praedicta sunt, & proinde nec fabulosi hominum traditionibus locum demus, quae salutem hanc dubiam & incertam reddunt, nec cruce & tribulationibus offendamur, quando ipsum Dei filium, & cum hoc omnes credentes omnibus seculis persecutionem sustinuisse uidemus.

Exordium colloquij ipse Christus facit, qui descendentibus ex monte grauius praecipit, ne alicui narrent quae uiderant, donec ipse a morte resurrexerit. Ad eundem modum supra praecipit, ne Dei filium esse cuiquam dicerent. Causa praecipit sunt, quod Apostoli nondum satis instructi erant, ut tanta mysteria digne tradere possent, & Christum prius extreme humiliari oporteret, ac crucifigi, priusquam regni ipsius gloria omnibus innotesceret: ne uidelicet crux postea Apostolorum praedicationem suspensam redderet, & omnium ludibrio exponeret. Prudentiam ergo (ut etiam alibi) in ministris Christus requirit, quae tempora & occasiones rerum obseruet, ut maiori cum fructu doceant.

Discipuli resur-
rectionem Chri-
sti non intelli-
gunt.

Porro quoad discipulos, laudem meretur ipsorum obedientia, qua negotium hoc omne fideliter ce-
lant: simul verò ijdem suam ignorantiam & stupendam cæcitate[m] egregie produunt. Nam de Christi
resurrectione inter sese disputant, nec quid illa sibi velit, intelligunt. Et quamvis de morte simul et
resurrectione sua paucis diebus ante illos docuisset, nunc tamen perinde ac si quid novum et inae-
tum diceret, inter sese altercantur. Causa tamen erroris est, quòd in Christo regnum terrenum su-
mabant, & proinde non poterant ijs animum attendere, quæ de ipsius passione & morte dicebantur.
Quomodo autem resurrectionis mysterium intelligerent, qui passurum & moriturum ignorabant?
Admonemur exemplo hoc, quanto nobis studio opus sit in ijs, quæ ad nostram salutem faciunt. Si enim
Apostoli in ijs hallucinati sunt, quæ per omnes scripturas decantatissima erant, & que Christus illis
quotidie inculcabat, quid nobis fiet, si oscuriores simus? At non minus observanda est Christi do-
ctrina, qui tantam ignorantiam patienter in illis suserit, nec illos instigare dedignatur, in quibus tunc
vsq[ue] adeo parum profecerat. Non desperent ergo, qui aliquam ignorantiam & imperfectionem in se-
metipsis deprehendunt, caveamus autem, ne quid à nobis malitia peccetur, nec reuelatam nobis ve-
ritatis lucem scientes volentes rejiciamus. Nam qui id faciunt, indurari & excæcari merentur, ut
dignas sue impietatis penas tandem exolvant.

Questio disci-
pulorum de ad-
uentu Elie.

Malach. 4.

At postquam de Christi resurrectione aliquantum disputarunt discipuli, simul questionem pro-
ponunt, quæ illos magis incertos & dubios tenebat. Scribæ enim ut populum à Christo auerteret,
multa comminabantur, quibus docerent, illum nequaquam pro Messia olim promisso recipi de-
bere: & inter alia Malachia loco abutebantur, qui Eliam aduentum Messie præconem & præcur-
sorem fore prædicit, & illum de Elia Thesbite, qui olim Achab temporibus floruit, exponitur, ad
hunc modum argumentabantur: Eliam ante Messiam venturum esse, prophete luculenter docet.
At nullus hactenus Elias vsquam visus est. Ergo nec Messias aduenit, & multo minus Iesum
Mariæ filium Messias esse credendus est. Suberat in hoc argumento aliqua veri apparatus, & cum
illud soluere non possent discipuli, qui tamen Iesum hunc Messiam promissum esse credabant, penam
nem ad illum referunt, dicentes: Cur scribæ dicunt, quòd Eliam prius venire oporteat? Quæstio dicitur,
Te quidem Messiam esse antehac credidimus, et nunc Dei patris voce certius sumus edociti, et argui-
mos quod ex Malachia adducitur, Eliam prius venire oportere, priusquam operatus ille promissus
uultus aduentus sperari debeat. Quid ergo hic sentiri debeat, edoceri cupimus.

Diaboli astutia
in detorquem-
dis scripturis.

Malach. 3.

Isaie 40.

Luc. 1.

Matth. 11.

Venit hic obseruanda diaboli astutia, qui scripturis & Dei promissionibus contra veritatem &
salutem nostram abuti potest. Prædixerat quidem Deus, se Eliam missurum, qui Messias faciem
præcederet. At idem qualis ille Elias futurus esset, non obscure indicat: nimirum legatus aliquis,
qui Elia spiritu et virtute instructus, penitentiam prædicaret, & hominum mentes ad Deum regem,
quod Christus instaurare debebat, præpararet. Nota enim sunt, quæ in hac sententiam idem Ma-
lachias dixit, & ante hunc Isaias, quorum verba de Ioanne Baptista angelus Domini & ipse Chri-
stus deserere erant interpretati. Sed & ipse Ioannes suo officio ita functus erat, ut Elia spiritum quo-
uis in illo facile agnoscere posset. Adhuc tamen satan per scribas non modo rudi & stolido vulgo im-
ponit, verum etiam discipulis aliqua Christi cognitione illuminatis negotium facit. Eodem astu
ram Messie cognitionem apud Iudæos obscurauit, dum illos regnum terrenum sperare docuit, ut
huius spe decepti, Christum humilem & contemptum spernarentur. Eiusdem artificij est, quòd
signa quedam horrenda excogitauit, quæ nouissimum Christi aduentum præcessura sint, quorum ex-
pectatione homines ab illorum obseruatione abducit, quæ nobis ab ipso Christo sunt tradita, & quæ
in literis prophetis & Apostolicis passim describuntur. Vides ergo quanta cautione opus sit ijs, qui
diaboli dolos effugere cupiunt, quando tunc maxime sedacit, quando diuini verbi auctoritatem rati-
onibus & incautus prætextit. Nec enim solummodo quid scriptum exeret videre oportet, sed quæ spiri-
tus sancti mens sit, quem scripture authorem esse constat, 2. Tim. 3.2. Pet. 1.

Matth. 24.

Marc. 13.

1. Tim. 4.

2. Thess. 2.

1. Thess. 5.

2. Pet. 2. 3. & c.

Discipuli recte
ad Christum refe-
runt, quæ contra
illum disputa-
bantur.

Præterea memorabile est discipulorum exemplum, qui quod aduersus Christum arguere dispu-
tabatur, non statim admittunt, licet hoc ipsi confutare non possint, sed ad Christum deferunt, ut ab illo
instituantur. Est hoc animi pij & constantis indicium. At hodie aliqui leues nimium & stolidissi-
mi homines quouis vento doctrina sese agitari sinunt: aliqui verò maligni nimis gaudent, si quos ar-
guitus paulo & aliquo cum applausu aduersus receptam veritatis doctrinam & illius ministerio dis-
putari

putato vident. Sed iidem sue improbitatis dignas penas exoluunt, dum seipfos impostoribus decipiosos & vexandos propinquant.

Porro Christum discipulis suis respondentem audiamus. Est autem eliphrice & obscurior illius oratio, cuius hic omnino sensus esse videtur: Verum est quod de Elia venturo scribitur, qui omnia iustitaret, & homines ad Dei regnum prepararet. At sicuti de me scriptura testatur, quod multa passurus sim: ita hunc quoque, qui meus in spiritu Elia praecursor erit, multis & varijs malis exercendum fore docent. Et hoc omne iam pridem impletum est. Venit enim Elias, nimirum Ioannes, quem adeo non receperunt, ut potius illum pro sua libidine tractauerint: & nunc eum expectant & observant docent, quem ipsi occiderunt. Non est ergo quod illorum paralogismis moueamini, etc.

Hic vero observatione dignum est, quod toties in scripturis Messia praecursor tribuitur, qui mundum in melius restituat, adeoque homines ad illum excipiendum prepararet. Imò hinc Euangelium debuisse suum initium sumere Marcus in libri sui exordio testatur. Ergo non salutem modo Christo nobis offert, verum etiam melioris naturae restitutionem & hominis totius regenerationem excipiet, quae in illis manifeste cernitur qui illum recte amplexi sunt. Et huc illa Christi pertinent: Nisi homo renatus fuerit & supernis, non potest videre regnum Dei. Item quod Apostoli docent, nos in Christo ab aeterno electos esse, & in eodem ex gratia iustificari & saluari, ut irreprehensibiles simus, nec amplius peccato seruiamus. Unde colligimus, nequaquam pro Euangelicis eos agnoscere debere, in quibus nulla restituta melioris naturae indicia apparent, sed in scelerum soribus perpetuo volutantur.

Præterea elucet hinc mundi huius ingenium erga eos, quos Deus sua veritatis & humane salutis ministros constituit. Absentes enim colit & observat, quos praesentes odit & persequitur. In daos enim in Elia simul & Messiae expectationem totis animis erectos fuisse, nemo ignorat. At cum Ioannes in spiritu & virtute Eliae penitentiam predicaret, & illum Christus secutus regnum Dei in secretibus offerret, utrumque hostiliter persecuti sunt. Simili ratione iidem prophetarum sepulchra celebrant, & maiores suos ob horum cedes accusabant, quorum tamen impietatem imitabantur, imò sperabant, eum Christum extinctum vellent, in quo vno prophetae nobis omnem salutem monstrant. Tales sunt, qui hodie inter doctrinae et religionis discordia, veritatem sibi manifestari cupiunt: ac cum illa seculum quam ipsi sentiunt, predicatur, immani rabie eandem lacrant. In horum etiam numero censeantur, qui bene & recte agendi studium simulant, ministris autem verbi sese hostiliter opponunt, à quibus scelera ipsorum accusari, & viuendi regulam à suis moribus diuersam praescribi audiunt: quales olim fuerunt, qui per Ieremiam diuinitus de rebus agendis volebant edoceri, & mox ex Dei ore respondentem mendacij arguebant. Nec desunt, qui cum Diuos & Diuorum cultus quotidie in cre habeant, quorum ossa, vestes & quicquid est eius generis exofculantur, interim vero eorundem doctrinam falsi & hereseos accusant, eiusque sectarios ferro & igne persequuntur.

At hic simul Dei longanimitatem obseruabis, qui ista fieri patitur. Habet illa suas causas: primam in ipsius Dei natura, qui cum homines saluos velit, non subito illorum scelera vlciscitur, sed patientiam & spacium concedit. Deinde in impijs & incurabilibus quos interea mensuram impietatis impere oportet (sicuti de Amorrhæis olim Deus Abrahamo dicebat) ut tandem pro meritis suis puniantur. Tertio in pijs & electis, quorum carnem ad hunc modum coerceri, & peccata castigari conuenit, ne cum mundo incurabili pereant: & iidem interea Christo sub cruce conformes fiunt, ut cum eodem caelestis regni gloria & gaudio fruantur. Et hinc quidem consolationis plenum est, quod & Ioanni & Christo ea modo acciderunt, quae Deus olim decreuerat fieri, & quae scripturis olim praedicta fuerunt. Ita nec nobis quicquam praeter Dei providentiam accidet, quam ad passerculos vsque & capris pilos extendi Christus testatur. Nec obscura sunt scripturae loca, quae omnes in Christo pios viuere volentes persecutionem passuros docent. At nisi ita hoc decreuisset Deus, illa scripturae nunquam praedixissent. Nec tamen ideo excusantur impij veritatis & piorum hostes. Est enim suo freno illos Deus cohibeat, ne quid amplius designent, quam ipse constituit: grauisima tamen illorum culpa est, eo quod non Dei decreum respiciunt, sed veritatis odio & corruptissimis suis affectibus ducuntur, quibus interim Deus pro sua sapientia ad suorum decretorum executionem abusi solet. Quoad ipsos ergo suam voluntatem perficiunt, et panam merentur: quoad vero Dei providentiam, illius decretis

Christi responsio de Elia aduertu.

Christo praecursor tribuitur qui hominum mentes preparat. Ioan. 3. Ephes. 1. Rom. 6. &c.

Mundi ingenium erga veritatis ministros.

Matth. 23.

Ierem. 4. 2. 43.

Dei longanimitas erga suos hostes.

Rom. 2. Genes. 15. 2. Cor. 11. Rom. 8. Act. 4. Matth. 10. Luc. 12. 2. Tim. 3. Act. 1. 4. &c.

Impij non excusantur per Dei providentiam.

Et iudicij inferunt. Seruiant hęc consolationi, ne impiorū conatibus terreamur, sed patienter piamus illorum maliciam, quā Deus iuste et magno nostro eum fructu vitur interim salutis spem annem in vno Christo collocemus, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A LXXIII.

Et cū uenisset ad discipulos, uidit turbam multam circum eos, & scribas altercantes cū eis. Et statim uniuersa turba uiso eo obstupuit, & accurrentes salutauerunt eum. Tunc interrogauit scribas: Quid alterca mini aduersus eos? Et respondens unus ē turba, dixit: Magister, adduxi filium meum ad te, habentem spiritum mutum, qui ubique eum corripuerit, lacerat eum, & ille spumat, ac stridit dentibus suis, & arefcit: & dixi discipulis tuis ut eicerent, sed non potuerunt. Ipse autem respondens ei, dicit: O natio infidelis, quousq; tandem apud uos ero: quousq; tandem tolerabo uos? adducite eum ad me. Tunc adduxerunt ipsum ad eum: cū autem eum uidisset, continuo spiritus discerpit illum, & cū cecidisset in terram uoluebatur spumans.

Argumentum
& usus presen-
tis miraculi.

EXposuit hucusq; multa Marcus, quę ad ueram Christi Iesu cognitionem faciunt, in quibus ptecipua sunt discipulorum confessio & clarificationis historia, quę luculentum Dei patris testimonium continetur, quo illum unicum humani generis saluatorem & doctorem catholicam esse docemur. At ne quis ista inania modo uerba esse putaret, aut nudam suę historicam istorum cognationem ad salutem sufficere arbitraretur, commodissime noui miraculi descriptionem subiicit, quę Christus reipsa ostendit, se olim promissum redemptorem esse, qui ueteris serpentis caput conterat, simulq; uerę fidei exemplum proponit, quę sola nos salutis in ipso capaces & consortes reddit. Dignatur et hęc historia, quę per singulas partes diligentissime consideretur.

Miraculi occasio.
Matth. 17.

Orditur autem à miraculi occasione Marcus, quę dum Christus in monte esset, offerri cepit. Inter ea enim quidam filium lunaticum (ut Mattheus scribit) & demoniacum ad reliquos ipsius discipulos adduxit, ut per illos à malo demone liberaretur. Conatur illi hoc, eō quod iam antea eius generis multa fecissent, sed quod nunc conatur perficere non possunt. Adsumt scribę, qui hęc calamitandi occasionem arripiant, & aduersus discipulos disputacionem instituunt, cuius hanc dubio precipuus finis fuit, quod Christum populo inuisum & suspectum facere, & quousq; ab illo alienum uoluerunt. Et quantum ex historia contextu conijcere licet, conatus hic illis inuidio nemibili successu uidetur, donec repentinus Christi aduentus disputacioni finem imposuit. Et hac quidem prima uir- rite pars est, cuius singula persona peculiarem considerationem merentur.

Discipuli demonium eicere non possunt.

Primò uerò discipuli prodeunt, qui cū hactenus demones plures eiecissent, hunc tamē, quo non iste afflictabatur, eicere non potuerunt, & ea de causa scribis ludibrio sunt. Facit hoc quidem ad declarandam Christi potentiam, quę ex illa diaboli reluctantis contumacia clarius elucet: immò uerò admonet, Christo absente nihil à nobis feliciter perfici posse. Quia enim solus ille Dei gratiam nobis impetrat, solus spiritu sancto & uiribus necessarijs instruit, solus item diabolum arceat & fugat, qui ea assidue impedit, quę ad Dei gloriam & nostram salutem faciunt: fieri non potest, ut quousq; quam à nobis dextrę & cum aliquo fructu fiat, quando ille à nobis absuerit. Absert autem (ut postea ex ipsis uerbis discemus) quando uel socordia nostra uel peccandi licentia fidei lucem in nobis ipsis extinguimus: quam occasione Satan studiose caprat, ut suis prestigijs delinens à salutis uia abducatur. Nec desunt exempla, quę docent, quā infelici successu uentur, qui uel in ecclesia, uel re publica, uel re domestica, aut in quouis alio negotio absque fide in Christum & uerę pietatis studio uersari solent. Debent ergo hęc nos ad fidei studium excitare, ne unquam nobis ex antennis Christi discadat, & mox facilia factu esse experiemur, quę impossibilia planē, aut etiam periculosa & uiciosa esse uidebantur.

Secundū

Secundo loco scribae producuntur, qui discipulorum errore abutentes, inde aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-

Scribe discipulorum errore aduersus Christum di-

scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-

Populi leuitas mundi typum gerit.

scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-

Christus discipulis et scribis altercatibus sua peruenit.

scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-

Humani generis conditio periculosa.

scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-

Ioan. 8. Pet. 5.

scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-
 scipulorum errore aduersus Christum di-

6

Quorum omnium hic nobis usus esse debet, ne desperemus, si quando nos ipsos in fide infirmos esse experimur. Quod enim istis accidit, quos modo commemorauimus, hoc ipsum per frequenter experiantur, dum vel morbis diuturnioribus vel perperuis persecutionibus & egestate, vel horribili consuetudine carnificina illos Deus exercet: ubi si quid ex impatientia aut fidei infirmitate faciant, nec illi nouos terrores satan suggerit, ut se uenia indignos esse, & damnationis supplicium effugere non possint arbitrentur. Tunc ergo istorum nos meminisse decet, nec de Christi bonitate dubitare, qui arduam quassatam non conterit, nec linum fumigans exinguit. Imo patris huius exemplum diligentius paulo excutiamus, & mirabilis fidei quasi in extremis luctantis uirtus elucebit. Hic enim, an Christus filio laboranti subuenire possit, dubitat: interim uero, ut fidei suae uicem, an Christus rogat. Maius ergo quiddam & praestantius Christo tribuit, qui in minori behesabat. Ita sepe fit, ut in paruis succumbant, qui in magnis & arduis inuicti esse solent. Quis ergo de fidei uirtute desinat, quae praeter spem nos admirabili sua uirtute sustentat?

Isa. 42.
Matth. 12.

Ut fidei nutan-
ti succurri de-
beat.

Ioan. 6.
Luc. 17.
Matth. 14.

Christus demo-
nium eicit.

1. Corinth. 10.

Hic tamen exemplum hoc imitari multum proderit. Audit pater iste, fidem ab se necessariam requiri, nec eorum quae nostrae carnis sensum superant nos aliter quam per fidem capere esse, sed uero fidei infirmitatem sentit maximam: at tamen nec spem abiicit, nec sibi ipsi blanditur, ut ea insolenter iactet quae sibi deesse sentiebat. Nec dubium est, quin alij multi, uel desperantij fuissent, si quid tale illis Christus dixisset: uel fidem pleno ore confessuri, quasi Deus mendacibus ueris fidei possit. At noster hic, etsi se infirmiore, quam par sit, esse sentiat, preces tamen eo ardentius uocat, & diffidentiam suam, ingenuè confitetur, & Christum huius medicum implorat. Credo (inquam) Domine, succurre incredulitati meae. Credere se dicit, non arroganter, neque falso, sed quod fidei uirtus adhuc gliscentes sentiret, quae de benefica Christi uoluntate simul & uirtute diuina se non impotenti testabantur. Interim diffidentia malum, quo infestabatur, non dissimulat, sed hinc à Christo subuenium cupit. Tales Apostolos fuisse uideamus, qui cum apud Ioannem dixissent: Nos timemus & credimus, quod tu es Christus filius Dei uiuentis: idem tamen apud Lucam clamant: Domine, adauge nobis fidem. Et Petrus licet uentorum & fluctuum procellis perterritus maregeretur, clamabat tamen: Domine, serua me. Istos ergo ipsi quoque imitemur, precibus ueris adhaerentibus studium coniungamus, quo de paternae Dei uoluntate & eiusdem insuperabili potentia uae edocebimur, ut de illius promissis nequaquam possimus dubitare. Et sic omnia nobis possibilia erunt, quae à Deo nobis iniunguntur, adeoque fides haec uictoria nostra erit, quae omnes aduersos casus facile superabimus. Vide 1. Ioan. 5. Hebr. 11.

Hic postrema historia pars subiicitur, ut demonium hoc Christus eiecerit. Constat uero quae haec, ut fit in re noua: interim occasionem hanc capiat Dominus, & uulgi leuitate & curiositate aduertitur, quod plures lucrifaciat. Nec iam diutius suspensos tenet, ut qui suos ultra uires tentari non sinit. Magna autem cum auctoritate agit, ut uix respiciam maiori usum esse legamus. Nam pater quidem immundum spiritum increpat, ut se illius hostem esse testetur. Et sane non potest non pater humani generis hosti irasci, qui nostrae salutis ergo in mundum uenit, ut ab illo impio occupatum regnum sibi denuo uindicaret. Quod si autem diabolo irascitur, ne dubitemus, eum diaboli mentem quoque irasci, qui hoc unum agunt, ut & semetipsos perdant, & alij quoque perditionis auctoritate sint, adeoque luporum & leonum instar omnium fortunae & corporibus infestantur. Deinde titulus conuenientibus hostem appellat, spiritum mutum & surdum uocans ab effectibus, ut qualis nam sit omnes intelligant. Hoc ipsum solet, quando illi cum impijs res est, nec ullo praesentis seculi splendore menseuer. Et exemplum ministris praebet, ut ipsi quoque diabolum qualis est depingant, & rursus ut praetefaciant, neque in hoc personas respiciant eorum, qui se illi regendos praebuerunt. Adde: Ego praecipio tibi. Ergo propria auctoritate illum oppugnat, ut uel hinc uerum Dei filium & promissum orbis saluatorem esse agnoscamus. Quid uero praecipit? Exi ex eo, & ne amplius ingrediaris in eum. Post igitur praestat, quam pueri pater postularit, & ita illi succurrit, ut nullum demceps diabolo in hominem uis aut imperium relinquat. Nec mora, exit satan, sed horrendum uociferatus, puerum leuauit & prostermit, ut plerique exanimatum putarent. At eundem Christus manu prehensum erigit, & patri reddit incolumem, &c.

ve dum istis calamitates nostras acceperas serimus, ipsius malitiam non tanquam, & extrinsecus remedijs intenti, preces ac Dei auxilium negligamus. Periculosissima ergo est nostra sub hoc stultitia, nec temere ad vigilijs & preces nos passim scriptura excitant. Interim excite hic Deum bonitas & providentia, qui est interdum iusto suo iudicio aliquid fatane proximitate, freno tantae suae potentiae eundem regit, ne ulterius quam ipsi visum fuerit, exasperetur. Quid enim non faceret san nobis dormientibus aut securè voluptuantibus nisi potentis Dei manu coerceretur? Sed de iudicandam osecitantiam, qua plerique hominum, nec diaboli insidias, nec Dei paternam protectionem intelligunt, &c.

Christus hominum incredulitatem deplorat. Vidit hanc in presenti Christus, & visam affectu plane paterno deplorat, dicens: O natio insensibilis, quousque tandem apud vos ero? quousque tandem rolerabo vos? Infidelium nationem dicit, & mali fontem indicet, & licet non discrete exprimat, ad quos nam verba ista referri debeant, non penere tamen de omnibus simul dicta esse, satis patet. In discipulis corè fidei non satis firma iudicium erat, quod demonium hoc pellere non poterant, cum spiritus immundos ipsorum possideri Christum subiecisset. Scribae autem non fide modo desistebantur, verum etiam inhumane in re eorum discipulis insultabant, adeoque gaudebant sibi occasionem datam esse, qua Christi causam oppugnet. De populi verò incredulitate stupor ille testabatur, & quòd priorum miraculorum immemor, de Christi divina potentia iam dubitabant. De pueri parente non est quòd dicamus, quòd incredulitatem suam ipse mox fatebitur. Omnes ergo simul Christus accusat, & non mirum esse deest, quòd aduersus demonium hoc nihil potuerint discipuli, cum vix digni sint, quos diutius ipse ferat. Adnotatur autem Christi verbis, nostra incredulitate siue diffidentia diaboli regnum maxime stabilis.

Marc. 6. Vt enim fides Deo nos coniungit, & in Christo fortes reddit, vt omnia possumus, quo nos non habet. Ioannes victor iam nostram esse scribit; Ita incredulitas generalem quoque Dei cognitionem, quae naturae lege in nobis reliqua est, extinguit, à Christo plane abstrahit, illius spiritui prius, & qui illius verbo fidem non habemus, iam nec per acceptis illius obsequimur, imò nullis vel minus vel per se sionibus vt illi obsequamur, possumus adduci. Toti ergo diaboli insidias patemus, & iam res nobis secunda fluunt, peccatorum illecebris nos circumdaci parimur in aduersi verò consolatione despecti horribiliter desperamus. Ita verò longo infelicitior est nostra conditio, quam inuis fuerit, in casu corpus satan adeò crudeliter desecuit. Prima igitur nobis cura esse debet, vt assiduo verbi studio & precibus assiduis fidem nostram foueamus, & ita diaboli insidias facile resistere poterimus. *1. Cor. 13. cap.*

Diaboli regnum nostra incredulitate stabilis. Vt enim fides Deo nos coniungit, & in Christo fortes reddit, vt omnia possumus, quo nos non habet. Ioannes victor iam nostram esse scribit; Ita incredulitas generalem quoque Dei cognitionem, quae naturae lege in nobis reliqua est, extinguit, à Christo plane abstrahit, illius spiritui prius, & qui illius verbo fidem non habemus, iam nec per acceptis illius obsequimur, imò nullis vel minus vel per se sionibus vt illi obsequamur, possumus adduci. Toti ergo diaboli insidias patemus, & iam res nobis secunda fluunt, peccatorum illecebris nos circumdaci parimur in aduersi verò consolatione despecti horribiliter desperamus. Ita verò longo infelicitior est nostra conditio, quam inuis fuerit, in casu corpus satan adeò crudeliter desecuit. Prima igitur nobis cura esse debet, vt assiduo verbi studio & precibus assiduis fidem nostram foueamus, & ita diaboli insidias facile resistere poterimus. *1. Cor. 13. cap.*

Christi bonitas. Ceterum elucet hic simul Christi bonitas, qui est istorum incredulitas praeter multam meretur, puerum tamen adduci iubet, & eundem (vt suo loco dicitur) liberat. Pugnat enim contra corruptionem & peruersitatem Dei longanimitas, cuius multa exempla passim occurrunt. Vt in presenti Christi conspectu puer productus est, mox crudelius & immanius solito satan furens, illum non discernit, & sedè spumantem in terram prostravit. Prodit hic rursus ingenium suum diaboli, tunc maxime insanit, quando Christum se fortiorem adesse videt, cui ipsum cedere oportet. Dicit hoc Christus, quando illum forti armato confert, qui quietus sua possidet, dum nemo illum inuadit, atque ste ipsum oppugnante vires omnes ad domus suae defensionem exercit. Experimur hoc nostro pueri, quando aduersus Christi doctrinam totum quasi mundum concitat, omnia bellis, incendijs, seditionibus & sanguine miscet, vt eam fidem reslinguat, ex qua regno suo exitium imminere intelligit. Non est ergo quòd nobis nostri seculi turbas aduersarij obijciant, & veterem pacem redolam velint. Hac enim extrema diaboli per Antichristum lucantur pugna est, quam nos inter ipsa sustinere deest. Nam vt sequenti sermone audiemus, vel inuis Christus cedere cogitur, qui nobis etiam suo auxilio adert, vt omni aduersaria possidere superiores facti, tandem in caelis cum ipso regnemus. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in eternum. Amen.

Diaboli ingenium. Ceterum elucet hic simul Christi bonitas, qui est istorum incredulitas praeter multam meretur, puerum tamen adduci iubet, & eundem (vt suo loco dicitur) liberat. Pugnat enim contra corruptionem & peruersitatem Dei longanimitas, cuius multa exempla passim occurrunt. Vt in presenti Christi conspectu puer productus est, mox crudelius & immanius solito satan furens, illum non discernit, & sedè spumantem in terram prostravit. Prodit hic rursus ingenium suum diaboli, tunc maxime insanit, quando Christum se fortiorem adesse videt, cui ipsum cedere oportet. Dicit hoc Christus, quando illum forti armato confert, qui quietus sua possidet, dum nemo illum inuadit, atque ste ipsum oppugnante vires omnes ad domus suae defensionem exercit. Experimur hoc nostro pueri, quando aduersus Christi doctrinam totum quasi mundum concitat, omnia bellis, incendijs, seditionibus & sanguine miscet, vt eam fidem reslinguat, ex qua regno suo exitium imminere intelligit. Non est ergo quòd nobis nostri seculi turbas aduersarij obijciant, & veterem pacem redolam velint. Hac enim extrema diaboli per Antichristum lucantur pugna est, quam nos inter ipsa sustinere deest. Nam vt sequenti sermone audiemus, vel inuis Christus cedere cogitur, qui nobis etiam suo auxilio adert, vt omni aduersaria possidere superiores facti, tandem in caelis cum ipso regnemus. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in eternum. Amen.

H O M I L I A LXXV.

Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis est quòd hoc accidit ei? At ipse dixit: Ab infantia, & saepe eum in ignem abiecit, & in aquas, ut per-

ut perderet eum : sed si quid potes, succurre nobis misericordia comō-
 tus erga nos. Iesus autem dixit ei : Si potes hoc credere, omnia fieri pos-
 sunt credenti. Et statim exclamans pater pueri cum lachrymis dicebat :
 Credo Domine, succurre incredulitati meę. Cū uidisset autem Iesus,
 quōd turba simul accurreret, increpauit spiritū illum impurum, dicens
 ei : Tu spiritus mure & surde, ego tibi præcipio, exi ex eo, & ne amplius
 ingrediaris in eum. Et cū clamasset spiritus, multumq; discerpisset
 eum, exiuit : & ille factus est quasi mortuus, adeo ut multi dicerent :
 Mortuus est. Iesus uerō prehensa manu eius, erexit eū, & ille surrexit.

Dominus noster Iesus Christus in miraculi huius historia non modo quis ipse sit docet, promi-
 sus nimirum humani generis saluator, uerum etiam in ijs nos instruit, quę ad salutem in illo
 consequendam & conseruandam nobis cognitū necessaria sunt. Et primō quidem, quia hostem sata-
 nam non esse prōdesse, permittit ut is in hoc puero omnes suas vires exeret. Deinde quia in hoc oppu-
 gnando & vincendo supra omnia fide opus est, de huius etiā uirtute diserit, simulq; exempla quaedam
 proponit, in quibus fidei imperfectio, & eiusdem augmenta siue incrementa elucet. In quorum con-
 sideratione nobis eō diligentius uersandum est, ne statim terre amur, si quando nos imperfectiores
 aut infirmiores esse experimur, studeamus autem ad fidem nostram confirmandam ijs adminiculis
 uti, quę hic nobis indicantur. Et nuper quidem de discipulis Christi dictam est, in præsentī uerō de
 puero demoniaci parente primū agitur, deinde ipsa demoni celsio describitur, quę singula ex ora-
 tione uidebimus.

Quoad primū, Christus cū puerum spūm antem & sese humi uoluentem astantibus miser a-
 bile spectaculum exhibere cerneret, patrem illius interrogat, quantum temporis sit ex quo hoc illi ac-
 ciderit. Rogat autem, non quod illud ignoraret, sed ut illustrior esset postea uirtus ipsius, cuius spe-
 cimen modō præbere instituerat, & ut ista occasione patris diffidentiam siue incredulitatem pate-
 faceret, & eidem mederetur. Respondet enim Christo pater, Ab infancia hoc malum durasse, & il-
 lus uolentiam denuo exponens, opem quidem petit, sed ita ut sue fidei infirmitatem non obscure
 prodāt. Dicit enim : Si quid potes, succurre nobis misericordia motus erga nos. Et rursum dicenti
 Christo, si potes hoc credere, omnia fieri possunt credenti, addit : Credo Domine, succurre incredulita-
 ti meę. Ubi mirifica fidei cum diffidentia & carne luctantis pugna proponitur. Fidei enim est, quōd
 misericordiam Christo tribuit, quę propensam iuuandi uoluntatem excitat. Diffidentiam uerō ar-
 guit, quōd de illius uirtute siue potētia dubitauerit loquitur, dicens : Si potes, succurre nobis. Et sanē,
 si carnem audias, non pauca fuere quę illum dubitare coegerunt. Malum enim inueteratum erat, &
 quę eiusmodi sunt, difficillimē curari constat. Deinde nihil hic potuerant discipuli, qui antehac spiri-
 tus complures in Christi nomine eiecerant. Accedebat his, quōd in Christi conspectū productus puer,
 non modō non melius habuit, sed mox demonio correptus & in terram prostratus, humani hinc inde
 relabatur. Quis uerō Christum à diabolo metui putasset, in cuius conspectū illam immititur furere
 & tumultuari uidebat?

Ceterum ista non absque arcano Dei consilio facta fuisse cogitabimus, qui frequenter electis suis
 multa obicit, quibus fides ipsorum grauisimē tentatur, adeoq; illam interdum superari paritur, ut
 & ipsi propriam infirmitatem experti, postea uigilantiores sint, & illorum exempla communi alio-
 rum inlicitationi atq; consolationi seruiant. Tale quid in Abrahamo uideamus, qui cū fidei constan-
 tiam multis argumentis declarasset, quando patriū solum egressus, Dei uocationē omnibus ijs præ-
 uulerat, quę carni iucunda & eximia uidentur; postea tamen quasi oblitus suis ipsius simul & diuine
 protectionis, semel & iterum ob uxoris formam uitę suę metuens, turpi dissimulatione & seipsum
 & illam in periculum adducit. Infirmitatis eiusdem exemplum in Moise & Aarone historia sacra
 proponit, qui post tot prodigia & signa diuine maiestatis, quorum ipsi magna ex parte administrato-
 res fuerant, tandem & sua ipsorum impatentia & populi improbitate superati, de Dei potentia ni-
 mis dubitauerunt locuti sunt, cum dicerent : Num de petra ista educemus uobis aquas? Quōd etiam Pe-
 tri super aquas ambulantis exemplum referri debet, unā cum infirmitatē alij, quę scriptura proponit.

Argumentum
 & uis presen-
 tis loci.

Patris incredulitas arguitur.

Deus suorum fi-
 dem uarijs ten-
 tationibus exer-
 cet.

Gen. 12, 20,

Num. 20,

Matth. 14,

Quorum omnium hic nobis vsus esse debet, ne desperemus, si quando nos ipsos in fide infirmos esse experimur. Quod enim istis accidit, quos modo commemorauimus, hoc ipsum p[er] frequenter experiantur, dum vel morbis diuturnioribus vel perperuis persecutionibus & egestate, vel horribili consuetudine carnificina illos Deus exercet: ubi si quid ex impatientia aut fidei infirmitate faciant, non illi nouos terrores satan suggerit, ut se uenia indignos esse, & damnationis supplicium effugere non possint arbitrentur. Tunc ergo istorum nos meminisse decet, nec de Christi bonitate dubitare, qui arduam quassatam non conterit, nec linum fumigans exinguit. Imo patris huius exemplum diligentius paulo excutiamus, & mirabilis fidei quasi in extremis luctantis uirtute elucebit. Hic enim, an Christus filio laboranti subuenire possit, dubitat: interim uero, ut fidei suae uicarij & succumbenti meatu rogat. Maius ergo quiddam & praestantius Christo tribuit, qui in minori behesabat. Ita sepe fit, ut in paruus succumbant, qui in magnis & arduis inuicti esse solent. Quis ergo de fidei uirtute desinat, quae praeter spem nos admirabili sua uirtute sustentat?

Isa. 43.
Matth. 13.

Ut fidei nutan-
ti succurri de-
beat.

Ioan. 6.
Luc. 17.
Matth. 14.

Christus demo-
nium eicit.

1. Corinth. 10.

Hic tamen exemplum hoc imitari multum proderit. Audit pater iste, fidem ab se necessariam requiri, nec eorum quae nostra carnis sensum superant nos aliter quam per fidem capere esse, sed uero fidei infirmitatem sentit maximam: at tamen nec spem abiicit, nec sibi ipsi blanditur, ut ea insolenter iactet quae sibi deesse sentiebat. Nec dubium est, quin alij multi, uel desperantij iussu, si quid tale illis Christus dixisset, uel fidem pleno ore confessuri, quasi Deus mendacibus ueris fidei possit. At noster hic, etsi se infirmiore, quam par sit, esse sentiat, preces tamen eo ardentius uocat, & diffidentiam suam, ingenuè confitetur, & Christum huius medicum implorat. Credo (inquam) Domine, succurre incredulitati meae. Credere se dicit, non arroganter, neque falso, sed quod fidei illas adhuc gliscentes sentiret, quae de benefica Christi uoluntate simul & uirtute diuina se non impotenti testabantur. Interim diffidentia malum, quo infestabatur, non dissimulat, sed hinc à Christo subuenium cupit. Tales Apostolos fuisse uideamus, qui cum apud Ioannem dixissent: Nos timemus & credimus, quod tu es Christus filius Dei uiuentis: idem tamen apud Lucam clamant: Domine, adauge nobis fidem. Et Petrus licet uentorum & fluctuum procellis perterritus maregeretur, clamabat tamen: Domine, serua me. Istos ergo ipsi quoque imitemur, precibus ueris adhaerentibus studium coniungamus, quo de paternae Dei uoluntate & eiusdem insuperabili potentia uae edocebimur, ut de illius promissis nequaquam possimus dubitare. Et sic omnia nobis possibilia erunt, quae à Deo nobis iniunguntur, adeoque fides haec uictoria nostra erit, quae omnes aduersos casus facile superabimus. Vide 1. Ioan. 5. Hebr. 11.

Hic postrema historia pars subiicitur, ut demonium hoc Christus eiecerit. Constat uero quae haec, ut fit in re noua: interim occasionem hanc capiat Dominus, & uulgi leuitate & curiositate aduertitur, quod plures lucrifaciat. Nec iam diutius suspensos tenet, ut qui suos ultra uires tentari non sinit. Magna autem cum auctoritate agit, ut uix respiciam maiori usum esse legamus. Nam pueri quidem immundum spiritum increpat, ut se illius hostem esse testetur. Et sane non potest non pueri humani generis hosti irasci, qui nostra salutis ergo in mundum uenit, ut ab illo impio occupatum regnum sibi denuo uindicaret. Quod si autem diabolo irascitur, ne dubitemus, eum diaboli mentem quoque irasci, qui hoc unum agunt, ut & semetipsos perdant, & alij quoque perditionis auctoritate sint, adeoque luporum & leonum instar omnium fortunae & corporibus infestantur. Deinde titulus conuenientibus hostem appellat, spiritum mutum & surdum uocans ab effectibus, ut qualis nam sit conuenit intelligant. Hoc ipsum solet, quando illi cum impijs res est, nec ullo praesentis seculi splendore metuetur. Et exemplum ministris praebet, ut ipsi quoque diabolum qualis est depingant, & rursus utriusque refaciant, neque in hoc personas respiciant eorum, qui se illi regendos praebuerunt. Adde: Ego praecipio tibi. Ergo propria auctoritate illum oppugnat, ut uel hinc uerum Dei filium & promissum orbis saluatorem esse agnoscamus. Quid uero praecipit? Exi ex eo, & ne amplius ingrediaris in eum. Puer igitur praestat, quam pueri pater postularit, & ita illi succurrit, ut nullum demceps diabolo in hominem uis aut imperium relinquat. Nec mora, exit satan, sed horrendum uociferatus, puerum leuauit & prostermit, ut plerique exanimatum putarent. At eundem Christus manu prehensum erigit, & patri reddit incolumem, &c.

Hac ut diuinam Christi Iesu potentiam asserunt, ita communis omnium nostrum redemptionis beneficium luculenter adumbrant. Et enim puero huic ab infantia infestus fuit Satan: sed in nos quoque, qui in peccatis concipimur & nascimur, imperium suum exercet, ut signenta cordis nostri praerati sit ab inuente aetate, ut idem ad Dei verbum iurati, ad preces muti, & ne ad cogitadam quidem rationem simus. Et nisi coerceatur hic hostis noster, furiosis similes reddit, ut ea quoque impudētissime designemus, quae cum natura legibus & sensu communi pugnant. At hic Christus nostri generis vindex prodit, qui zelo diuino inflammatus, non modo nostri miseretur, verum etiam hosti nostro indignatur, & ut olim mortis suae merito & virtute illius regnum emerit, ita quotidie adhuc verbo suo illum increpat, & obstat ne iterum in nobis regnum obtinere possit: imò inuitum & reluctantem cedere cogit, & quas inter cedendum turbas mouet, diuina virtute facillè sedat & componit. Hunc ergo nos saluatore agnoscere, & ex his in tentationibus consolationis argumenta petere debemus.

Et si verò solus Christus diaboli victor sit, ne tamen ipsi otio ignaui torpeamus, nos quoque aduersus illum quotidie luctari & pugnare iussit. Quare quae ab illo sunt, in exemplum trahi debent, & victoria facillè potiemur. Iramus ergo & nos satanae, quando vel intra animos nostros illius suggestiones audimus, vel quid in fratribus nostris & proximis agat videmus: nec admittamus carnis rationem, quae peccatis blanditur, quin potius increpemus illam per Dei verbum, & illo gladio armati satanae resistamus. Faciant hoc publicè ministri. Conferant huc etiam suās vires quotquot in magistratu versantur. Idem obseruent patres familiaris, ne quem hosti inter suos locum permittant. Nec sufficiat semel istud fecisse, sed quia expulsus redire cupit, viam illi pracludere, & perpetuò aduersus illius insidias vigilare conuenit. Quòd si turbas det, & pericula vndiq; nobis adducat, inirepidi stemus, & mox Christi Domini nostri opem sentiemus, qui & satanam conculcabit sub pedibus nostris, ut Paulus dicebat, & ex omni periculo assertos tuebitur, & tandem regni caelestis ciues faciet. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Et cum ipse esset ingressus domum, discipuli eius interrogarunt eum priuatim: Cur nos non potuimus eicere illum? Et ait illis: Hoc genus nulla re potest exire, nisi oratione & ieiunio. Et illinc egressi unà iter faciebant per Galilaeam, nec uolebat, ut quisquam id cognosceret. Dicebat enim discipulos suos, & dicebat eis: Filius hominis tradetur in manus hominum, qui illum occident, & occisus tertio die resurget. Ipsi uerò ignorabant hoc dictum, & timebant eum interrogare.

Quemadmodum misero mortalium generi Christo Iesu opus fuit, qui iuxta primam promissionem veteris serpens caput contereret, nosq; ex illius tyrannide liberaret: Ita non minus usus praesentis necesse est nos edoceri, quibus armis & artibus ipsi quoque, cum hoc nostro hoste congressi debeamus, ut victoria potiri possimus. Illum enim instar rugientis leonis circuire, & nobis pugnās assiduas mouere, scriptura abunde docet, nec quisquam est qui illud non experiatur. At hic vnum Christum respexisse proderit, qui ut infinitis miraculis, se diaboli victorem esse testatur: ita tã doctrina quam exemplo suo docet, quid nos in pugna ista vel cauere vel facere conueniat. Et huc facimur quae in miraculi nuper expositi historia habentur. Docuit enim Christus, quid obstitere, quò minus discipuli demonium hoc potuerint eicere. At de hoc in praesenti plura addit, ut nimirum isti vitio in nobis mederi debeamus: deinde verò ostendit, quòd nobis tam huius miraculi, quam omnium aliorum usus praecipuus esse debeat.

Due ergo tractationes hoc loco proponuntur, praemittitur autem prioris occasio. Fuit haec praepo Discipuli mesera discipulorum admiratio, vel potius sollicitudo quedam & metus. Antea enim illos potestatem accipere sibi autem instruxerat Dominus, quae spiritus immundos & demonia eicerent. Non potuerunt autem lunaticam sibi autem quem uerum demonio liberare. Metuunt ergo, ne prius concessam potestatem illis Christus denuo amiserint. ademerit, nec inuenim hoc suae infidelitatis vitio ipsis accidisse animaduertunt, cuius tamen illos Dominus minus non obscure admonuerat. Quare domum reuersi, priuatim illum de hoc interrogant. Ita uerò



exemplum praebeant eorum, qui mali causam admirantur & inquirunt, cuius ipsi sibi auctores sunt. Est hoc admodum vulgare. Vt enim primus parens noster propriam culpam agere agnoscere non paucos inuenias, qui manifesta vitia in semetipsis agnoscant. Quod si vero illa distulserint agnoscere non possunt, illorum causas admirabundi inquirunt, & illas vel in ipsum Deum regere non verentur, dummodo sese culpa omni liberent. Faciunt hoc multi in saluti negotio, ubi suam ipsorum salutem praerexunt, interim illius causam, scilicet oblatam veritatis contemptum, in seculum ipsi non obseruant. Idem in huius seculi negotijs fieri videmus, quando milii suam infirmitatem admirantur, de turbarum & seditionum causis interrogant, de rei domesticae angustia & infelicitate successu querantur: qui interim ipsos sibi malorum omnium auctores esse mox vident, si suae morales & studia penitus inuenerint. In nos ipsos ergo descendamus, priusquam vel bonitatem vel iustitiam Dei in dubium vocemus. Accamen laudem meretur zelus hic discipulorum, qui est ad Dominum paulo ante obiurgati essent, & nunc idem emendi occasione haberent, interrogant tamen mirum quod scribis, manifestus Christi hostibus, hinc aduersus illum disputandi occasione dicitur fuisse viderent. Imitemur zelum hunc, & Christi gloriam ipsi quoque nostris commendat & primas bonori praefereamus.

Cur discipuli satana eicere nequerint.
 Mat. 17. Ceterum audiamus Christi responsonem, qua duo agit. Primo quid obstitit, docet. Nam quid
 Mattheum ait: Propter incredulitatem vestram. Eandem ergo causam allegat, quam prius
 quando parentis & ipsorum infidelitatem corripuit. At simul ex fidei natura probat quod deus
 quies: Si haberetis fidem instar grani sinapis, id est, veram, viuam & efficacem, diceret montes
 &c. Argumentum tale est. Quicumque fide vera sunt praediti, ipsi nihil est impossibile. At volentes

Ut fides montes transferre dicatur.
 hoc tam insigni fidei elogio cauendum est, ne licet pertinacius insistendo, vel infirma cogitationes
 res absurdas sentemus, vel fidei vim scurriliter rideamus, si qua minus felicitate ipsi succedant, quae
 fidem in Christum profitentur. Nec enim montes loco mouere iubet Christus, sed locutione sua docet,
 adeo nihil factu impossibile fore verè credentibus, ut vel montes transferrent, si hoc fieri oportet.

Rom. 10. Interim ad ea modo promissionem hanc restringamus, qua Dei verbo & voluntati congrua, & nobis
 factu salutaria sunt. Quia fides ex auditu verbi Dei est, & verbo nutritur, nihil efficiam
 cupit, quam quod Dei verbo mandatur, & quod ex illo didicimus factu necessarium esse. Nec enim
 fidei quicquam ideo derogari putemus, quando constat illius effectus multo maiores reperiri, quam
 si vel Olympum vel alios quosuis montes (ve olim de gigantibus poete fabulari sunt) loco mouerent.

Gen. 12. 22. Nonne enim maius quid fecit Abraham, quando superatis affectibus carnis patriam delapsus
 reliquit, peregrinus oberrans molestias exilij patienter sustinuit, & tandem filium charissimum pro-

Exod. 2. Hebr. 11. prijs manibus iugulare decreuit? Annon maius opus fuit Moyses, quando aulicis delicias & honores
 egestati & ignominia Hebraeorum postposuit? Quid verò de sanctorum patientia dicere audeat,
 qui fide armati, persecutiones assidue, horribiles tyrannorum minas & cruciatus grauissimos, non

1. Ioan. 5. nique ipsam mortem constanter vincunt? Quid? quod mundus hic totus fide vincunt, & aedem diaboli
 vel inuitus cedat? De istis ergo & alijs huius generis montibus Christus loquitur, in quibus
 sustinendis si nos aliquando imbecilliores esse experimur, mox hoc nostro vitio fieri cogitemus, quod

Quibus armis satana & diffidentia expugnentur.
 nondum tantos in fide progressus fecimus, quantos nos fecisse decebat. Docet enim quibus armis & iustitiam
 nam reluctantem & carni ingentem incredulitatem vincere possimus, cum ait: Hoc genus nullatenus
 potest exire, nisi oratione & ieiunio. Quae verba non ad eorum aliquod demoniorum genus referri
 debent, sed ex discipulorum incredulitate occasionem sumens, quid fieri oporteat docet, si quando
 diaboli regnum in nobis diuturniori mora confirmatum esse, nec eas in nobis fidei vires esse pariter
 quae illi eiciendo sufficere possint. Nec etiam exorcistarum superstitionibus locum esse patere auctorem,
 qui certis quibusdam precibus & quorundam verborum demurmurationibus statim remij diabo-

Oratio. los fugari arbitrantur. Sed vere spiritalibus armis omnes eos hic Christus instruit, qui diabolo
 superiores fieri, & fidei labascanti subuenire cupiunt. Et primas quidem precibus tribuit, non quod
 fidem excludat, de qua paulo ante dixit, sed ut diuina virtus hoc opus esse, & non nisi per precem
 perfici posse ostendat, sine qua preces aut omnino nullas, aut certe irritas & inuiles fundemus.

modo enim invocabunt (inquit Paulus) eum, in quem non crediderunt? Et sane nisi Dei opo hoc totam ageretur, oratione sine precibus non esset opus. At quia ex nobis ipsi ne ad cogitandum quidem idonei sumus, divinitus armemur oportet: quod non fiet, nisi precibus ex fide vera manantibus opem Dei imploremus. At quia fidei & precibus caro obstat, cuius figmenta & sensus non modo pravi, verum etiam Deo inimici sunt, ieiunium secundo loco requirit, quod non in commenticio aliquo ciborum discrimine consistit, sed carnis mortificationem continet, quae ab omnibus ijs abstineri docet, quaeque carnem vel securam vel ferocem & contumacem facere consueverunt. Habet haec suarum cupiditatum fomenta ex victus & deliciarum abundantia, ex voluptatum studijs, ex ocio & alijs bonorum similibus quae sanctissimis Dei cultoribus aliquando maximorum scelerum causam fuisse legimus. Ita ergo vitare conuenit, & singuli quidem ea vitent, quae sibi maximè impedimento esse sentiunt. Haec facit, quod non modo cibis abstineri iubemur, verum etiam phalamii coniugalem ad tempus relinquere, quod feruentiores sint preces nostrae. Ex his ergo facile colligitur, cur hodie in manifestissima Evangelij luce, tanta sit satanae potentia, ut plerique hominum vel superstitionibus sese volentes immergant, vel totos sese sceleribus nefandis mancipent. Quid enim aliud feret, quando plerique sub Evangelij praerogativa carnis licentiam quaerunt, & paucissimi sunt, qui vel precibus ex animo vacent, vel carni ea subducant, quae illi stimulos & ferociam addunt? Imò quaecumque ex papato carnis licentia struunt (ut pote enceniorum festa, carnisfrivia, & quae alia huius generis gentium Lupercalibus & Bacchanalibus simillima sunt) mordicus retinentur, ijs soli reiectis, quae vel morum disciplinam exigunt, seueritatem, vel quorum abrogatio cum quaestu coniuncta est. Semper ergo animi nostris haec Christi sententia inhercat, ne delictijs & securitate nostra hostem diabolum aduersus propriam salutem armemus.

Porro transsumus ad alteram tractationem, quae de huius simul & aliorum miraculorum visu Christus discipulos instruit. Illinc digressi (inquit Marcus) vna uer faciebant per Galileam, sed nolu hinc aliquid scire. Quia ut Lucas scribit, Hierosolymam tendebat, ut publicum nostrae salutis negotium ageret, quod nullorum priuatis negotijs impediri uoluit. Et hoc magni studij argumentum, quod salutem nostram promotam uult: cuius confyderatio in reuocationibus plurimum consolari potest. Interim illius exemplo nos officij admoneri meminimus, ut ipsi quoque simili studio ea exequamur, quae nobis à Deo iniuncta sunt. Interim (ut idem Lucas habet) cum omnes miraculum hoc magno cum stupore admirarentur, Christus discipulos hoc memori mente reponere iussit, & praecipit huius causam adijcit: Quia filius hominis tradetur in manus hominum, & c. Miraculorum ergo illos meminisse uult, ut ex his diuinitatis suae argumenta colligant, quibus mox secutus Crucis scandalum meditentur. Hinc uero generalis doctrina peti debet, ut ipsi quoque inter leuata tristitiam meminimus, quae cum homines simus, à nobis abesse non possunt. Imprimis uero cum ecclesia floret & laetis successibus progreditur, ea in animum reuocemus, quae de persecutionibus & cruce priorum olim praedicta sunt. E diuerso rursum inter aduersa & tribulationes, promissiones & illarum exempla repetamus, quae Deum ecclesia suae perpetuam curam habere docent. Ita fiet, ut nec prosperis rebus effremur, nec aduersis desperemus, sed in omnem euentum parati, Deo fidem seruemus inconcussam.

Postremo de discipulis adijcitur, quod Christi uerba non intellexerint, nec tamen illum ausi fuerint interrogare. At qui luce clara sunt quae Christus dicebat. Sed ut alibi diximus, quae de illius morte dicebantur, discipuli percipere non potuerunt, eo quod illorum mentes carnalis de regno ipsius opinio occupasset. Quae causa est, quod etiam hodie Evangelij mysteria multis obscura uidentur. Quia enim libertatem quandam carnalem somniant, & omnia sibi laeta pollicentur, nunquam ijs animum intendere possunt, quae de carnis mortificatione, regeneratione & totius hominis inuouatione, item de cruce & afflictionibus piorum dicuntur. At hic minime nobis imitandi sunt Apostoli. Qui enim frequenter de rebus nihil ad se pertinentibus interrogarunt, hic praeposito quodam pudore & metu impediti interrogare uerentur eum, qui hoc unum quaerebat, ut ipsos ueritatis plena cognitione illuminaret. Nos potius in huius uita palaestra uersantes precibus assiduis uacemus, ieiunij sanctis carnem coarctemus, quaeramus autem frequenter in scripturis nobiscum loquentem Dei filium Iesum Christum, & per ipsius spiritum in omni ueritatis cognitionem inducemur. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternam. Amen.

2. Cor. 3.
Genes. 3.
Rom. 7.

1. Cor. 7.
Ioc. 2.
Cur hodie tanta sit diaboli potentia.

Christus miraculorum usum docet discipulos.
Luc. 9.

Discipuli Christi de cruce loquentem non intelligunt.



Et uenit Capernaum, & cum uenisset domum, interrogauit eos: Quid in uia inter uos disceptabatis? Ipsi uero siluerunt. Nam inter se disceptarant in uia, quis esset maior. Et cum confedisset, uocauit duodecim, & dicit eis: Si quis uult primus esse, erit omnium postremus, & omnium minister. Et cum accepisset puerulum, statuit eum in medio eorum, & cum accepisset eum in ulnas, ait eis: Quisquis unum ex talibus puerulis exceperit nomine meo, me excipit: & quicumque me excipit, non me excipit, sed eum qui misit me.

Argumentum
& usus presen-
tis loci.
Marc. 6.
Marc. 8.

Exposuit hucusque Diuus Marcus praecleara quaedam, quae ut Christi Iesu diuinam potentiam & dignitatem declarant, ita discipulorum ipsius auctoritatem plurimum commendat. Illi enim ad praedicandum emissos, et miraculis instructos fuisse audiimus. Iidem fidei Confessionem signem ediderunt, tres uero ipsorum ad singulare spectaculum Christus delegit, ut gloria sua celestis specimen uiderent. At quia haec superstitiosis & infirmis occasionem dare poterat, aliud sublimius de illis sentiendi, praeclearis hinc illorum donis aliquot eorumdem uitijs subijcit Exemplum: quorum consideratio nobis in eum finem proponitur, ut sanctos quoque Dei gratia opus laetum intelligamus, & nos illorum exemplis de ingenita nostrae naturae corruptione admoniti, perperam uigilemus. Et primum quidem illorum uicium, fidei infirmitatem, nuper uidimus. Sequitur superbia & ambitionis malum, quae quantas in illis vires habuerit, & quousque progressus sit, ex praecipua historia abunde patebit.

Discipuli disputa-
tati de primatu.

Primum enim discipulorum factum proponitur, quod Christo cum illis agendi occasioem dedit. Cum enim Capernaum proficiscerentur, disputatio inter illos non leuis oborta fuit, quis inter illos ad quando primatum esset habiturus. Cuius altercationis haud dubie origo fuit communitas & erronea Iudeorum de regno Christi opinio, de qua iam saepe diximus. Accesserunt nunc quaedam, quae primatum in regno, uel Simoni Petro, uel Ioanni & Iacobo deferre uidebantur, quos Christus uicium & negotijs praestantioribus singulari quodam beneficio adhibuerat. Et haec illis de hoc arguendo disputandi causa fuit. At non uulgarem considerationem meretur, quod in disputationem eorum, ambitionis et superbia plenam Apostoli inciderunt. Fuerunt enim ut scimus, selecti illi discipuli, quae alibi propter uerbum suum mundos esse testatur. At tamen ambitione & superbia laborant, quae uicium peccati principium dicitur: quin eo usque progrediuntur, ut latentem in animis suis inuidiam & similitatem manifestis rixis abunde prodant. Vides ergo quam nihil tribuendum sit nostris uitijs, quando Apostolos post tot tamque praecleara fidei & pietatis specimina ipsi uicij laborasse uideamus, quae multis regnis & ecclesijs exitio fuerunt. Ad haec patet hinc, quid ferè in Christo quaerant, quod dum plene innouati et renati sunt, terrena nimirum, quae carni adlubescunt, cuius rei exemplum, quam uile sit, hodie passim occurrunt, ex quibus eo plus mali ad ecclesias et respublicas rediit, quam in excellentiori gradu sunt constituti, qui hinc uicij laborant.

Christus occultas
discipulorum
disputationes
non ignorat.
1. Reg. 8.
2. Para. 28.
Psal. 7.
Iere. 11. 17. 20.

Sed ad Christum transeamus, qui primo sibi non ignotum esse docet, quod illi clam manifeste agat, & uel inuitos id fateri cogit, cuius illos pudebat. Est hoc euidentis & irrefragabile dominum Christi argumentum, quando cordium & cogitationum notitia uni & soli Deo in scripturis tribuitur. Debet autem huius consideratio nobis semper ob oculos uersari, eo quod ad uitam rectam inueniendam plurimum facit. Cum enim hominum oculos ita plerique uereantur, ut in horum conspectu multa intermittant, quae alioqui facturi essent: multo plura idem intermitterent, si Deo oculis uentura patere cogitarent. In Psalmo certe 94. summam impietatem describens spiritus sanctus ait: Quo usque impij Domine, quod usque impij petulantur exultabunt? Ebulliunt, loquuntur grandaeva. Et tunc se omnes flagitiosos, Populum tuum Domine atterunt, quos tibi hereditario iure vindicasti. Ipsi gunt, uiduas & aduenas occidunt, & pupillos interimunt. At mox horum omnium causam, quae iicit: Et dicitur, Dominus non uidet, neque Deus Iacob intelligit. Vtque huic malo medietur, haec

rum persuasionem serid reprehendit atq; confueat, addens: Intelligite stupidi in populo, et stulti quan- do tandem sapieris? Is qui aurem condidit, quomodo non audierit? qui oculum finxit, quomodo non videret? qui gentes corripit, & homines docet scientiam, vos non argueret? Quae verba vram hodi- die sibi crebro in mente reuocarent, qui carnis desideria & quidvis audendi libidinem omnibus Dei praeceptis & fidei ministrorum admonitionibus anteponit. Silent hic discipuli, quando illos de ipsorum disputatione interrogat; nimirum quod sua illos ambitionis & superbia puererit. Quis ergo illos sibi temperaturos fuisse dubitet, si Christum huius conscientiam esse, iam ante cogitassent? Nec minus conso- lari nos debet Christi omniscientia. Hac enim non nostra modo opera & cogitationis inuenitur, verum etiam fugas nostras & lacrymas videt, quarum se vindicem et vltorē fore iam olim promissit. Vi- det item hostium suorum conatus, & eosdem facile dissipat, ut multis in locis scriptura testatur.

Porro vbi ambitionem discipulorum contentionem Christus in lucem protulit, ad illam com- penendam accingitur. Et ut magis efficiantur illi, magna cum auctoritate causam hanc agit. Pri- mo enim confidet, ut qui peculiare quid agere instituat. Deinde conuocat duodecim omnes, eo quod ad singulos huius doctrinae cognitio pertinebat: Tertiū rem ipsam propositurus, inuicē statim illius summam paucis complectitur, dicens: Si quis vult primus esse, erit (vel sit) omnium postremus, & om- nium minister. Quibus verbis non damnat legitimos dignitatum gradus, quos à Deo institutos esse sibi scriptura docet: sed humilitatem & mutuae charitatis officia commendat, eos demum in regno suo magnos fore docens, qui donis diuinitus acceptis non superbiunt, sed illis quā plurimos iuuare student. Vi enim in alijs rebus ille reliqua praestantiores habentur, quarum plurimus inter homi- nes vultus est: Ita inter homines illorum meritū praecipua dignitas censeri debet, qui alijs omnibus praesens conueniunt. At quia hoc nequaquam faciunt superbi & elati, sed qui de semetipsis mode- stius sentiunt, recte Christus humilitate sua commendat, quos alibi ex mutuae charitatis essera agno- scendos docet. Interim nobis hic obseruandum erit, soli Christo in ecclesia, quae in terris Dei regnum fundit, primatum deberi. In hac enim primam fore ait, qui omnium postremum, omniumq; mi- nistrum se fecerit. Ad verū Christum pra omnibus hominibus praesitit, qui cum in forma Dei esset, se- metipsum exinanivit, & omnium seruus factus est, adeoq; nihil officij detulit, quo nobis opus erat, ut nobis salutem vel morte sua redimeret voluerit. Solum ergo principatus debetur, & meritū An- ticristi dici debent, quicumq; hunc sibi ipsi vendicant, & sub Christi nomine in ecclesia tyrannidem exercent. Vide 2. Thess. 2.

Christus discipulorum contentionem com- ponit.

Ioan. 13. 15. Christus solus ecclesiae caput est. Phil. 2. Math. 20.

Ceterum ut res maximi momenti fidelibus memoriae commendaretur, non contentus haec obiter monuisse, christiam quoque adhibet. Accersit enim puerulum, adductum in medio sistit, eandem vltis rulos imitan- dos proponit, & ut Mattheus habet, magna cum grauitate pronunciat, adeo nulli ipsorum in regno suo primatum deberi, ut in illud nunquam ingressuri sint, nisi puerulis similes reddantur. Vbi probe inquirendum fuerit, quibus in rebus nos puerulis similes fieri oporteat. Quia enim omnes in peccatis concipiuntur & nascimur, multa puerilis quoq; etas habet, quae nos corrigere potius, quā imitari, conuenit. Dei enim vox est: Fingenta cordis humani ab ineunte aetate praua esse. Et Paulus Genes. 8. 1. Cor. 14. 1. clamat: Ne sitis pueri sensibus, sed malicia pueri sitis. Ad ea igitur solummodo haec Christi senten- tia restringi debet, quae in pueris aliquid praesae innocentiae vestigium habent, & praesenti negotio conueniunt. Inter quae primum & praecipuum est, quod dominatum adeo non ambiunt pueri, ut quid nam illi sit non intelligant. Eundem ergo nemini inuident, sed sua sorte contenti viuunt. Ita nos nostram uocationem sequi decet, nec aliquid sublimius affectare, quā nobis à Deo concessum sit: praestantiora vero dona in alijs venerari, & ut illis recte vrantur, orare. Deinde etsi hoc propriū habeant pueri, se tamen illud habere non norunt, nec etiam illo gloriantur. Ita nos humilitatis & modestiae donum in nobis ipsis nequaquam agnoscere, & multo minus de illo gloriari debemus. Qui enim hoc faciunt, superbia & ambitione peccant, dum humilitatis laudem sibi vendicant: quod in philosophis pulchre notauit Cicero, quando eos in illis ipsis libellis, quos de contemnenda gloria scri- bunt, nomen suum inscribere dicit, ut in eo praedicentur, quo praedicationem nobilitatemq; despiciunt. Quia in re à Monachis iustitiaz reuerentissime peccatur, ab Anabaptistis item, qui superbe ni- mos quosuis alios despiciunt & condemnant, dum se solos mundo & peccato mortuos, & verè humi- liores esse arbitrantur. Tertiū in pueris cum primum laudabile est, quod disciplinae patienter sub-

Christus pueri rulos imitan- dos proponit. Math. 18.

Psalm. 51.

Genes. 8. 1. Cor. 14. 1.

Quae n. m. ita puerulis imita- tanda sunt.

1. Cor. 11.
Psal. 50.

Deut. 32.
Psal. 94.
Matth. 18.
1. Pet. 2.

Christus puc-
ros conendat.

Veritatis do-
ctrina non con-
temndam pro-
pter ministrum
&c.
Isaie 1.
Ierem. 8.
1. Cor. 11.

Puerorum infi-
tutio necessa-
ria.
Marc. 10.

sunt, & monitores ferunt: Ita nisi verbi Dei disciplinam seramus, nosq; interdum fueritis quoque castigari patiamur, salui non erimus, sed cum mundo pœntere nescio peribimus. Notum est enim illud Psalms: Impio dicit Deus: Quid tibi vis, quod meos ritus commemoras, & ore tuo meum factus iactas? Cum odio habeas disciplinam, et verba mea post te abijcias? Quare pueruli, si offenderitis, mox ad parentes confugiunt, & ipsi sese reconciliari facile patiuntur, à quibus se iniuria affectas esse putarunt. Tales nos etiam esse conuenit, vt iniurijs acceptis ad Deum vnum recurramus ad quem vindicta ius omne pertinere scriptura testatur: interim parati simus ad condonandum, ne nostrorum debitorum exactores simus rigidiores, quam Deus ipse erga nos esse solet. Facit hoc quod Petrus Apostolus scribit: Proinde deponita omni malicia & omni dolo, & simulationibus, & inuidijs, & omnibus obreftationibus, vt recens nati infantes, lac illud non corporis, sed animi, quod dolam nescit, appetite, vt per illud adolefcatis, &c. Patet hinc, quam procul à regno Dei abint omnes sint magnates, diuites ac sapientes huius seculi, qui vt inanis gloriæ studio toti flagrant: ita propter leuissimas quasq; offensas, quibus honorem suum violatum putant, respublicas simul & ecclesias turbare non verentur, &c.

Ceterum ne quis puerum magistrum aspernaretur, illum magnifice commendat. Nam vt dicit acceptum sibi quodammodo substituit, dicens: Quisquis vnum ex talibus puerulis exceperit nomen meo, me excipit: & quicumque me excipit, non excipit me, sed eum qui misit me. Ergo Christi nomen puerulos nos obseruare & imitari decet: id est, ideo quod Christus hos nobis magistros & exemplum proposuit. Vnde admonemur, veritatis & salutis doctrinam non contemnendam esse propter vnum & ignobilem eius speciem, qui illam nobis proponit. Cum enim alibi asinorum, bouum, hircidarum, & turum, ciconiarum exemplis nostram corruptionem Deus arguat, & ipsam nos nostri officij adueneat: quid mirum, si hominibus contemptis & nullius dignitatis in nobis instituentis ritus? Ecce hoc vt nostra corruptio magis elucescat, & vt suam erga nos bonitatem declaret, & suam ipsius auctoritas ex semetipso constet, ne illam ab hominum dignitate pendere putemus. Hinc est, quod vilia & contempta huius mundi plerumque Deus delegit, sicut in prophetarum & Apostolorum exemplis esse videre. At tanta est hodie nostri seculi corruptio, vt à nemine dicitur vilius, sed vnde quaque occasiones captemus eos contemnendi, qui nobis salutis doctrinam liberius & purius predicant.

Docemur præterea hoc exemplo, quant a nobis puerorum cura esse debeat. Dantur enim nobis ex Dei benedictione, & alibi sateetur Christus, ad illos pertinere regnum Dei, et hic puerulum amore singulari complectitur, & discipulis imitandum proponit. Summo igitur studio cauendum, ne à Deo & Christo alienentur, & ne nostra culpa & negligentia corrumpantur, que in his supersunt, immo et melioris nature vestigia. At quia de his sequenti Cap. commodius dicitur, hac obiter attigendum sufficiat. Interim curemus imatos superbie stimulos recundere, & Deum precemur, vt ex ipsius spiritui renati sancte viuamus, olim in cælis regnaturi cum Christo Iesu, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A LXXVIII.

Respondit autem ei Ioannes, dicens: Magister, vidimus quendam, qui per nomen tuum eieciabat dæmonia qui non sequitur nos: & prohibuimus eum, quia non sequitur nos. Iesus autem ait: Ne prohibeatis eum. Nullus enim est qui faciat uirtutem per nomen meum, & possit cito maledicere mihi. Qui enim non est contra nos, pro nobis est. Quisquis enim potum dederit uobis poculum aquæ nomine meo, quod sitis Christi: amen dico uobis, nequaquam perdidit mercedem suam.

Argumentum
& usus presen-
tis loci.

Sacri scriptores non modo sanctorum virtutes & facta egregia, verum etiam eorum errores & lapsus commemorant. Id autem non hoc nomine faciunt, vt illos vitijs infames reddant, sed vt in illis nostre nature corruptionem agnoscamus, & in vnam Dei gratiam (qua sancti omnes san-)

ostentati sunt, sedulo vigilamus. Eodem ergo referri debent, quae de discipulis modo commemorantur. Precesserunt enim de his magna quadam, ut nuper dictum est. Ne ergo vel illi insolentiores fierent, vel nos illis nimium tribueremus, sequuntur nonnulla, quae ipsorum imperfectionem arguunt. Et primo quidem fidei infirmitate impeditos fuisse audiimus, quo minus demonium possent eijcere; id quod hostium quoque ludibrio eos exposuit. Secundo non intelligunt redemptionis humanae mysterium, quando illud Christus mortis et resurrectionis suae articulis comprehensum proponebat. Tertio ambitione superati, de primatu contendunt, simulque suam, quoad regni Christi mysteria, ignorantiam produnt. Sequitur novus error, in quo ignorantia, ambitio, invidia et temeritas simul concurrunt: cuius historia hoc ordine consideranda est, ut primo eam inspiciamus, ex cuius operibus impingendi occasionem discipuli arripuerunt. Deinde ipsorum factum siue lapsus examinabitur. Postremo Christi de his iudicium audiemus.

Quoad primum, cum discipuli in nomine Christi miracula ederent, quidam non iniquus (ut apparet) doctrinae et factorum Christi censor, non tamen apercus discipulus, illos imitari cepit, nec infeliciter cessit conatus ille, cum ad invocationem nominis Christi demonia fugerent. Id vero discipulis factum indignum visum est, ut postea audiemus. At nobis hic obseruandum venit, quod per Christi nomen miracula sunt ab eo quem in fide adhuc imperfectum fuisse, vel ex eo patet, quod Christi pariter se nondum palam conunxisset. Id vero singulari providentia factum fuit, quo citius et latius Christi regnum propagaretur, magisque pateret divina Christi virtus et potentia, quae in iis quoque, effecaciter operatur, qui ad Christianam perfectionem nondum pervenerunt. Quod enim in isto contigit, hoc ipsum de omnibus discipulis dici potest, qui et si Christi sequerentur, multa tamen illis adhuc deerant, nec obfuit hoc, quo minus Christi nomen in edendis miraculis effecax esset. Quid quod in rebus tantummodi aliquando idem effecax fuit, quando nimirum umbra Petri egrotis remedio fuit, et Pauli fiduciam morborum simul et spiritus immundos fugavit? Quod etiam referri debent, quae olim ad martyrum sepulchra facta fuisse leguntur, ita nimirum Christo de illorum doctrina et fide testimonium ferente, quos alij impios et haereticos fuisse arbitrabantur. Est hoc ergo evidens divinitatis Christi argumentum, et quod is promissus ille Messias sit, cui universa diaboli potentia cedere debeat. Incecum admodum exemplis eiusmodi, miracula non semper perfecta fidei et sanctitatis argumenta esse. Sunt enim frequenter ab imperfectis, ut hic est, videre: aliquando etiam ab hypocritis et operariis iniquitatis, quos Christus in novissimo die miraculis suis gloriaturos esse apud Mattheum relictur, quos tamen ipse pro suis agnoscere non possit: ut autem iidem miracula faciant per oculos, quod salutaris nominis sui cognitio pluribus immutescat. Quin ab impijs interdum et falsis prophetis miracula sunt, et his Antichristi ministros insignes fore, Christus et Apostoli praedixerunt. Et ista quidem iusto Dei iudicio sunt, qui vel suos tentare vult, vel effecaciam erroris ijs immittere, qui veritatis dilectionem recipere dedignantur. Horum semper nos meminisse oportet, ne oscitantem nimis in sola miracula intenti, impostoribus nos seducendos praebeamus: quod non fiet, si illa ad verbi Dei regulam revocemus, a quo vno credentes pendere convenit.

Porro discipulos Christi videamus, qui istum demonia eijcere prohibent, et quidem satis pro impeno, cum non aliam sui facti rationem habeant, quam quod non esset eiusdem cum illis loci et ordinis, ut duplex in illis error elucet. Primus ex ignorantia est, quae superstitiosam de sequela Christi opinionem peperit. Nemine enim Christi discipulum et sectatorem dici debere arbitrantur, nisi qui idem Apostolus quoque sit, et ipsorum exemplo omnia reliquerit. Quales hodie Monachorum et Anabaptistarum error est, qui etiam arroganter omnes damnant, quos ab ipsorum instituto vel latu vnguem discedere vident. At qui diversas hominum vocaciones esse, scriptura passim docet, et inter verbi ministros, alios quidem Apostolos, alios pastores, alios prophetas, alios Evangelistas factos esse legimus. Nec omnibus in se credentibus hoc iniunxit Christus, ut temere relicto omnibus se sequerentur. Lazarum enim cum sororibus Bethaniae habitare, et res suas administrare permisit: similiter Nicodemum et Iosephum Senatorij ordinis fuisse scimus, postquam Christi discipuli facti fuerunt, quorum in illius mortem maior quam Apostolorum constantia eluxit. Possem et aliorum exempla adducere, Cornelij nimirum Centurionis, Pauli Sergij, Publij et similium, quibus de mutanda conditione ne verbum quidem fecerunt Apostoli, cum illos Christo lucrifacerent. Quin Pauli praecipuum est: Vnusquisque in ea vocacione,

Quidam in Christi nomine eijcit demonia.

Christi divinitas.

Act. 3. 19.

Miracula non semper fidei perfecte argumentum. Matth. 7. Matth. 24. Apoc. 13. Deut. 13. 2. Thess. 2.

Discipuli alii Christi nomine uti prohibent. 1. Discipuli peccant ignorantia.

Ephes. 4. 1. Cor. 12. Ioan. 11. 12. Ioan. 3. 7. 19. Matth. 27.

Act. 10. 13. 27. 56. 1. Cor. 7.

erum fuerunt...
us. Nunc...
ore tuo...
peruili...
se in...
recurr...
onandum...
Facit...
bus, et...
animi...
Dei ab...
agant...
simul...
mendat...
erulis...
Ergo...
magis...
adnam...
bonum...
nos non...
tendiam...
declaret...
re putamus...
berarum...
memini...
inam lib...
Dantur...
hic puer...
caendum...
is super...
ac obiter...
cemur...
datur ben...

aus quendam...
r nos: et pro...
le prohibenti...
cum, et post...
obis est. Quil...
meo, quod dicit...
em suam.

et Apostolos accusabunt, quos idem fecisse negare non poterunt, nisi manifestam veritatem impudenter negare velint? Nec tamen haec dicendo sceleratis patrocinamur, nec ecclesiae disciplinam tollimus: sed ea prudentia & lenitate eam administrari debere monemus, ne quod Germanico proverbio dicitur dum vnam ovem nimis curiose abluimus, centum alias praefocemus, &c.

Tertia ratio a comparatis est. Si praemium merentur, qui vel minimum officium mihi aut meis meo nomine praestiterint, quantum magis vos hunc ferre convenit, quem mei nominis studio flagrare, & illius cognitionem miraculis per hoc editis quotidie propagare videtis? Repetite autem promissionem, qua apud Mattheum Apostolos ad praedicandum iam abiturus consolatus est. Nos autem praerogativa ea qua ad praesentem causam faciunt, admonemur, quantum apud nos esse debeat membrorum Christi dignitas & cura, maxime pauperum, quos nostris officiis sublevari opus est, quando Christus Iesus ipse tam hinc quam alibi se pro illis vadem ac fideiussores constituit. Insuper consoletur haec promissio pios omnes, ne se Deo minus cura esse arbitrentur, si quando egent aut afflictione qualemcumque sustinent. Qui enim suam fidem pro illis apud alios obstringit, procul dubio patrem & protectorem ipsorum agere non desinet, etsi omnes homines officium suum negligant. Faxit Deus, ut horum memores, infirmos doctrina & exemplo nostro confirmemus, & ipsi indices proficiamus in vera & salutaris cognitione Christi, qui vix solus nostra salutis auctor est, ut soli debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Christus misertus coram quoque officia dignis praemijs respondit. Math. 10. Math. 23. 26.

Et quisquis offenderit unum ex parvulis istis, qui credunt in me, melius esset ei, si circumponeretur saxum molare circa collum eius, & projiceretur in mare. Si vero manus tua facit ut offendas, abscinde eam: melius est tibi ad vitam ingredi mancum, quam duas manus habentem abire in gehennam, in ignem inextinguibilem: ubi terminis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus facit, ut tu offendas, abscinde eum: melius est tibi ad vitam ingredi claudum, quam duos pedes habentem profici in gehennam, in ignem inextinguibilem: ubi terminis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si oculus tuus facit ut tu offendas, erue eum: melius est tibi ingredi in regnum Dei unoculum, quam duos oculos habentem profici in gehennam ignis: ubi terminis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Adiuvimus hucusque aliquot graves discipulorum Christi lapsus & errores, quos partim ex ignorantia, partim carnis affectibus abrepti commiserunt. Patet ex illis, quantum sit nostra natura corruptio & infirmitas, & quanto studio ipsi, qui sibi stare videntur, ad vigilandum sit, ne cadant: quando vel hinc constat, verissime a Solomone dictum esse, quod iustus in die septies labatur. Quia autem sanctorum peccata simplices & infirmos plurimum offendunt, & discipuli per incogitantiam plures in dies errores accumulare poterant: Christus correptioni qua in illos usus est, generalem de scandalis doctrinam subijcit, in cuius consideratione nobis diligenter & crebro versandum est, eoque apud Mattheum scandalorum aut horribus vix illud horrendum denuntiat, quod omne genus malorum cum huius praesentis tum futuri seculi comprehendit: & tamen fieri non posse testatur, quin scandala veniant: nimirum quod ea sit humani ingenij corruptio, & impij illa nunquam non dare vel accipere soleant: quibus interea Deus etiam in suis probandis et exercendis vultur. Porro multis modis, quae hic copiose dici poterant, nos brevitati studentes, tria ex ordine tractabimus. Primum, quod sit scandalum & quam varie dari soleat. Secundum, quam penam huius auctoribus Deus constituerit. Tertium, qua ratione caveri & declinari possit.

Argumentum est usus praesentis loci. 1. Corinth. 10. Prouerb. 24. Math. 18.

Scandalum siue offenculum proprie dicitur quicquid iter facientibus obijcit, ad quod impingentes cadunt, vel saltem cadendi occasionem inveniunt. Quia autem humane vitae conuersatio via dicitur, metaphorice scandalum vel offenculum vocant, quicquid in Dei praecipis aut salutis via ambulantiibus obstaculo esse, aut peccandi causam praebere solet. Germani propriam vocem habent. Ergernuß.

Scandalum quidem. Ergernuß.



mus, qua omne id notatur, quo quis peior sine deterior efficitur. Peius ergo definit scandalum, dicamus esse dictum aut factum quodcumque, cuius occasione alij in salutem via impingunt, aut impediuntur, aut in peius deterioribus sunt. Nec temere dicta & facta comprehendimus, quando vtraque tam in religione quam in vite conversatione plurimum obstaculi afferre solent. Ad dicta enim pertinet falsa doctrina, qua superstitiones & illicitos cultus inuehit. Doctrina item inepta vel scrupulosa, qua bonum vel salutis suae incertos facit, vel causa est, ut Dei verbum odio & contemptui habeant. Quaeque item non necessariae, quibus aut fidei articuli in dubium vocantur, aut imperiis & carnis deducuntur, vel illicitis cogitandi occasio, vel etiam hostibus veritatis eam proficendae argumentum praebet. Quales sunt quae hodie a curiosis ingenijs mouentur de Trinitate, de non puniendis hereticis & schismaticis, de polygamia & alijs rebus, quas taceri potius quam disputari superuacuis exequari conueniebat. Debent eodem priuata quoque colloquia referri, quae si praua fuerint, bonos quoque moribus corrumpunt, ut Paulus ex veteri poeta monuit. Et per colloquia scandalum alij obijciunt, quos salutis mysteria illudunt & in dubium vocant, quales nouissimis temporibus plurimum sunt, praeter praedixit. Quorum item vel verbi diuini et acula scurrilibus facitj detorquent, ut ex illis ridendi & iocandi occasionem veniunt, vel de absentibus male loquentes alij suspitiones mouent, & odiorum atque simularum semina iaciunt, vel cantilenis obscenis & turpibus diciturj libidinosam mentem administrant. Quo ad facta, bisariam scandalum dari solet. Primum, cum ea quidem facimus, quae per se licent, libertate autem nostra vel imprudenter vel insolenter nimis abutendo offendimus ac simplices offendimus. Cuius scandali exempla in ijs proponit Paulus, qui nulla inuicem ratione habita, vel cibis lege prohibitis, vel idololatriis vescabantur. Et se nec aliorum Apostolorum more uxorem circumducere, nec à Corinthijs stipendium accepisse scribit, ne quem sua libertas offenderet. Huius generis ceteri possunt, quaecumque olim in Papatu usitata ab Evangelicis retineantur, aduersarij occasionem praebent, ut vel Evangelium licentiae nimis acculant, vel nos ad illorum perfidiosis non multum abhorrere suspicentur. Deinde scandalum praebemus, quando ea palam facimus quae per se illicita sunt, & Dei legibus aduersantur. Et haec quidem scandali species per totam vitam nostrae actiones extenditur, eo quod luculentius & grauius est scandalum, quo maioris auctoritatis sunt, qui talia designant. Peccatur haec publice, quando morum disciplina dissoluitur, et imponit quibus licet omnibus inter eos, qui Evangelij titulo gloriantur. Priuatum vero peccat commissum, & magis grauius, quando ipsi bonas leges violant, parentes & seniores, quando in iuniorum conspectu lasciuant, diuites, quando egenis & pauperibus luxuriantur. Ita enim aut exemplo suo ad peccandum irritant, aut miseris impatentiae occasione praebent, ut sua sortis pericula aduersus Deum murmurent. Nec minus pauperes diuitibus scandalo sunt, quando elemosinis improbe abutuntur, & sua peruentura & gratia freni morum licentia illos in largiendo parciores sine tenacioris reddunt. Scandalum uero dant mulieres, quando puellae uiris sine inuenibus & hi uicij illis, quando mutua libidinis irruentia ueritas turbant, quod uelitu, gestu, diciturj, aut etiam lasciuiori nutu in eorum fieri consuevit. Et haec quidem omnia sub scandali nomine comprehenduntur, uia cum multis alijs, quae facile deprehenduntur de his attentius paulo cogitant.

Scandali poena. At quia haec mundo leuicula uidentur, Christi de his iudicium audiamus. Apud Mattheum, *Vae* (inquit) mundo ab offendiculis. Et mox supplicij comminatione docet quanta sit huius peccati atrocitas. Dicit enim: *Quisquis offenderit unum ex paruulis istis, qui in me credunt, melius esset ei, si circumponeretur saxum molare circa collum eius, & projiceretur in mare.* Paruulorum saluam modo meminit, non quod alios liceat impunè offendere, sed ut superbiae uicio medeat, quae nec ut alijs scandalo sinus impellit, dum illos non tanti faciendos arbitramur, ut propter illos quicquam uel fieri uel omitti debeat. Eisdem ergo magnifice commendat, cum ait: *Qui in me credit, & non de ijs loquitur* (ut ex Mattheo manifestè patet) qui ei paruulo similes erant, quem in medium discipulorum produxit, & in uenas suas prebensum, ipsis humilitatis exemplum proposuit. Quem uenellum admodum fuisse ex communi paruorum ingenio colligimus, cum in illis uix primos annos egressis non obscurae superbiae & ambitionis specimina sine argumenta conficiantur. Paruula ergo in se credentium ecclesiae adnumerat, & eo nomine magnam illorum rationem haberi uult. Nihil igitur insolenter illos Anabaptistae à fide alienos esse clamant, & proinde obstant, ne per baptismum in ecclesiam

in ecclesia gremium recipiantur, sed quod fidei publice confiteri nondum possint. Quasi verò plus au-
 thoritatis eorum confessio mereatur, qui se credere profitentur, quam Christi Iesu testimonium, qui
 querulos inter credentes recenseat. Quod si verò puerulos offendere Christus prohibet, certè omnes
 quoque alios offendere nefas erit, qui paruulorum instar vel nostra vel aliorum exempla incautus
 supplicium verò nominat, quo antiquitus (vt Hieronymus annotauit) maxima quoque
 flagitia apud Iudeos puniebantur. Melius h. homini esse ait, vt hoc supplicio potius pereat, quam ali-
 cui scandalo sic: nimirum quòd intelligat ipsa aternas pœnas apud inferos paratas esse, quicunque
 alius offendiculi auctores sunt. Nec absque ratione Christum tam gratem sententiam proferre pu-
 tamus, quando hic multa simul & grauissima peccata concurrunt, sicuti ex Paulo colligitur, qui
 de illis loquens, qui idolohytorum esu infirmiores in fide offendebant, inter alia inquit: Et peribit
 frater tuus, propter quem Christus mortuus fuit: sic autem peccantes in fratres, & vulnerantes il-
 leram conscientiam infirmam, in Christum peccatis. Ecce fratrem perdi dicit, quando offenditur. Pe-
 rit autem, non quoad corpus, sed quoad animam, cuius perditio vt omnium grauissima, sic etiam ir-
 recuperabilis est. Nam ad animam ista referri debere docet, quando conscientias fratrum vulnera-
 ri scribit, & quidè infirmas, quas adificari & sanari oportebat. Sunt hæc graua, sed grauius multò,
 quod addit: In Christum peccatis. Id verò trifariam fieri Chrysostomus annotauit. Primum enim sibi
 heri restatur Christus qui quid alicui suorum sit. Deinde membra Christi sunt, qui scandalis eiusmo
 di vulnerantur. Tertio Christi meritum, quoad ipsos, isti euacuans, adeoq; opus illud nostræ redem-
 ptionis destruit, quod Christi morte adificari oportuit. Accedit his omnibus quòd Dei ingenio re-
 stantur tales, qui homines peccatores conuerti & saluari, non autem in peccata prosternt & perdi-
 unt. Quid, quid ea scandali vis est, vt non penes vnum aliquem subsistat, sed contagio quodam ad
 proximum quens, serpsit, donec ecclesiam totam inficiat? Quo ergo non supplicio dignus censetur,
 qui tot & tanta flagitia simul commiserit? Vel qua pœna, qua tormento, qui cruciatus istis criminibus
 expiandis suffecerint? Pœnam meruisse putatur, & quidem meritò, qui alienas opes furatur, aut
 violentè diripit: morte itè dignus indicatur, qui ex priuata vindictæ cupiditate aut odio hominem
 occidit: et nos impunè laturum putabimus, qui sciens volens tot simul scelera contra proximum &
 Deum eiusq; filium accumulauit? Hæc vrinam obseruarent securi & insolentes quidam, qui quasi sibi
 solis nati sint, quosuis alios impie contemnunt, nec aliquam suorum dictorum vel factorum rationem
 habent. Nos scripturas audiamus, quæ nos ori nostro custodiam ponere, & salutem propriam cum ti-
 more & tremore operari iubent: quando nihil tam facile est, quam vel aliorum factis offendi, vel ne-
 scientem ea facere, quæ alios offendere possunt. Etsi enim scandala semper fore Christus prædixit, no-
 strum tamen fuerit, quoad eius potest fieri, annuere illa ex nobis prodeant.

Audiamus ergo Christi consilium, quod à chirurgis petito simili commendat, dicens: Si manus tua
 facit, vt tu offendas, absconde eam. Et idem mox de pede & oculo quoq; fieri debere docet. Rationem
 verò vbiq; eandem reddit: quia melius sit ad vitam ingredi mancum, claudum & vnoculū, quam
 membrum omnibus integrum in gehenna ignem inextinguibilem proijci. Sensus autem est: Vt in cor-
 porum morbis ne præstantissimus quidem membrum parciatur, quando ex illis toti corpori exitiū im-
 minet: Ita vt scandala tollantur, nulli vel cupiditati vel homini indulgeri debet, ex quibus sceleris
 alicuius contagium oriri potest, quod vel nobis ipsis, vel alijs perditionem animarum afferat. Quid
 enim proderit carni bene fuisse aliquantulo tempore, si tandem animam simul & corpus nunquam si-
 mendus cruciatus maneat?

Porro quod hic iubet Christus, bifariam considerari debet, Priuatim nimirum & Publicè. Pri-
 uatim enim singulorum est carnem suam & membra terrestria mortificare, sicuti Paulus admonet. Hæc
 bet oculos suos, quibus ad huius mundi fastium & illecebras respicit. Hos eruere & reprimere,
 vel (vt David aiebat) auertere oportet, ne vanitatem videant, neue alijs ea obijciant, quæ ipsis ne-
 fariè alicuius cogitationis vel cupiditatis occasionem præbeant. Habet manus naturales nimirum
 agendis facultates: pedes item, per quos plerumque hominum affectus & consilia denotantur, sed quòd
 his tota conuersatio, vt corpus pedibus sustentatur. Hæc autem assiduo verbi studio, precibus arden-
 tissimis, ieiunij & alijs castigationibus mutilari & restringi oportet, ne aduersus Dei spiritum se-
 reant, & tam nos quam alios infelici lapsa in scelera præcipitene. Pertinet hæc illud Pauli, qui se

Scandalum mul-
 ta peccata si-
 mul compre-
 hendit.
 1. Corinth. 8.
 Math. 25.
 1. Corinth. 12.
 Ezech. 18.
 1. Timoth. 4.
 2. & c.
 Psal. 34.
 Phil. 2.
 Consilium de
 scandalis iu-
 randis.
 Scandala priua-
 tim singuli coet-
 ceant.
 Colos. 3.
 1. Ioan. 3.
 Psal. 119.



1. Corinth. 9. corpus suum castigare, & in seruitutem redigere dicebat: indefinendi nimirum pietatis studio, & quod licitum quocq; abstineret, si quando illa scandali causam praeberet possent, &c.

Scandala publicae etiam coercerentur. Ceterum quia non omnium ea est pietas, ut seipsum coercent, quod minus alijs scandalo sine publico numero sunt ministri, quorum est arguere, monere, corripere, diruere denique & extirpare per gladium spiritus, quicquid aduersus Dei cognitionem veramque pietatem extollitur. At quia his quos non omnes acquiescunt, magistratus instruit Deus, quos suorum iudiciorum vindicta esse videtur, & illis gladium ipsum concessit, quo bonos tueantur, malos autem pro delictorum & improbitatis ipsorum ratione puniant atq; coercent. Hic ergo utriusq; officij sui memores sint, nec villo personarum respectu deantur, quando constat nocentiora esse scandala, quae à personis illustrioribus proueniunt, nec etiam negligi posse ea, quae ab obscuris & contemptis auctoribus obijciuntur. Etenim oculi iustitiae in re publica sicut ecclesia est antistes, quem Deus speculatorem suum constituit, ut gregi suo attendat. Quis quocq; duci possunt Principes & Senatores, quos populi mores & studia obseruare, & eiusdem ratione corrigere decet. Manus verò esse dicemus ministros publicos, quorum opera in exequendis iudicijs suis magistratus viuunt. Pades autem erant subditi omnes & infimae conditionis homines. In hoc omnes tam ecclesiarum antistes quam magistratus ita animaduertant, ut quemcumque alicuius scandali auctorem esse vident, illum pro delicti ratione coercent. Nullatenim ad publicam & imperialem licentiam procliuor via est, quam si pauculis aliquor pro sua libidine omnia facere permittatur. Solent enim plerumq; ab exemplo argumentari, quocumque peccare cupiunt, aut tam turba proueniunt, quibus res publica simul & ecclesiae interdum miserè commouentur, ut sequenti sermone dicitur. Sequamur ergo consilium, quod hic praescribitur, & priuatum simul ac publicum curamus, ne cui scandalo simus, nec nostram ipsorum utilitatem sequamur, sed multorum, ut saluamur in Christo Iesu Domino nostro: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A L X X X .

Nam omnis homo igne salietur, & omnis uictima sale salietur. Bonus est sal. Ceterum si sal infusus fuerit, quo ipsum condietis: Habete in uobis ipsi sale, & pacem habete inter uos inuicem.

Argumentum & usus praesentis loci. Postquam Dominus Iesus Christus graues aliquot discipulorum suorum lapsus grauius corripuit, mox generalem de scandalis uitandis doctrinam subiicit, quam cognitu uilem & necessarium esse nuper diximus, tum quod mundus hic scandalorum plenus est, nec quicquam tam facile est, quam simplices & incautos offendere: tum quod peccatum hoc longè grauissimum est & multiplex, & aeternae damnationis supplicium meretur. Monet autem Christus, & pro sua auctoritate praecipit, ut ne ijs quidem, quae nobis charissima & maximè necessaria sunt, parcat, si ea nobis ipsi cuiuslibet scandalo esse experiamur: utq; singuli priuatum quoad seipsum, deinde publice pro sua conditione ratione scandalis tollendis inuigilent. Quia autem doctrina haec carni molestissima est, adijcit illi praesentem locum, quo eam obseruata necessariam esse docet, si uel nostrae ipsorum uel publicae salutis consultum esse uelimus: & huius rei rationes tres adducit: quas ex ordine uidebimus.

I. Hominis natura correctio ne opus habet. Prima à communi hominum persona siue naturae nostrae conditione petitur. Nam omnis bonus (inquit) igne salietur, & omnis uictima sale salietur. Subest autem uerbis haece comparatio ex lege petita, quae sacrificijs fermentum quidem & mel adhibere prohibebat, eadem uerò sale condire iubebat. Fermento autem pharisaicae propriae iustitiae fiducia, melle uerò uoluptates & illecebrae carnis figurabantur, quae omnia procul abesse debent ab ijs, qui sacra sua Deo grata & accepta esse uolunt. Lidem uerò curent, ut omnia ipsorum sale caelestis sapientie condiantur, quem in fermentibus Christianorum Paulus maximè requirit. Sensus ergo uerborum Christi est: Ut olim uictima omnes ex Dei mandato sale condiri debuerunt: Ita homines, quos Deus sibi hostias uiuentes sibi uult: agete saliri conuenit. Eam ergo innuit esse humanae naturae corruptionem, ut nisi spiritali sale condiantur, inflantur.

instar mortis & putrefacta carnis scateat coram Domino. Huc enim facit, quod ipse Deus hominem nihil praeferat carnem, & humani cordis figmenta ab inuente aetate prava esse restatur. Nisi ergo aliunde adhibeatur vis quadam astringens, illico affectibus pravis diffuens recetrum omnis generis vitiorum fetorem contrahet. Quem vero hunc ignem et salem esse dicimus, quo nos saliri oportet. Nimirum Dei verbum, quod non hoc tantum loco, sed infinitis alijs per ignem & salem adumbratur. Apud Ieremiam enim dicit Dominus: An non verbum meum est sicut ignis, & sicut malis dissipans petram? Et alibi prophetam aduersus improbos: verbi sui conceptores confirmans, ait: Eo quod loquimini sermonem istum, ecce ego reddam verba mea in ore tuo ignem, & populum istum ligna, & deuorabit eos. Et in Apocalypsi ignis ex ore testium Christi exire scribitur, qui hostes ipsorum deuoret. Quod etiam pertinet quod apud Lucam Dominus se venisse dicit, ut ignem in terra accendat: nimirum Euangelium intelligens, cuius praedicatione orbem totum illuminari & inflammarī oportuit. Idem quoque Apostolos salem terrae esse ait, quod non alia ratione accipi potest, quam quod Dei verbum per illos toti orbi aspergi debuit. Et sane si veriusq; naturam & effectus consideremus, illa cum Dei verbo optime conuenire videbis. Vt enim inter elementa nihil purius igne: Ita Dei verbum purissimum, & vt David dicebat, argento septies purgato est simile. Deinde vt ignis arida quae, & omnes crassiores materias vel rotas consumit, vel purgatioris reddit: Ita Dei verbo terrena desideria & carnis studia consumuntur, & homo illis mirifice purgatur, vt nouus plantae & alius videri possit. Item vt ignis suo calore omnia fouet ac vegetat, & membra torpenta sibiipsis restituit: Ita verbum Domini animos nostros Dei amore incendit, & ex torpentibus industrios & ad officium paratos reddit. Adhuc vt igni splendor coniunctus est, quo omnia late illuminat, & tenebras dissipat: Ita Dei verbum lucerna est, quae sola humani ingenij tenebras pellit, & rerum diuinarum cognitione mentes nostras illuminat. Quo nomine Christus Apostolos lucem mundi, & Ioan- nem Baptistam lucernam Apostolos vocauit. Deinde quemadmodum sal naturae calidus & sic- catus est, & proinde a corruptione conseruat, vlcera & scabiei pruritus pellit, cibis vero saporem gratum confert: Ita Dei verbum superfluas in nobis cupiditates tollit, & ne illis toti corumpamur obstat, adhuc libidinis & aliorum affectuum pruritus sistit, facit denique vt Deo accepti & grati simus, qui alioqui propter ingentem corruptionem & vitia in nobis quoridie erumpenti a fastidio & repellere merbamur. Hoc igitur igne, hoc sale homines saliri & condiri oportet, si gratiam Deo victi- mam seipos sistere velint. Fiet hoc, si primo singuli priuatim Dei verbum sibiipsis applicent, ad huius regulam mores & studia sua examinent, per illud refectent vel excurant quicquid abs se praeter offi- cium factum esse viderint. Facit hoc frequens & assiduum verbi studium, quod in Psalmis David commendat, & diligens carnis castigatio, quae ea illi subducimus quae lasciuam & petulantem red- dunt. At quia paucos est inuenire, qui haec ipsi sibi praestent (vt nec medicum facile reperias, qui sibiipsis cauterium adhibeat) & alij quidem a pietatis studio prorsus alieni, alij vero oscurantiores sunt, quam vt de his serio & assidue cogitent, ignem & salem huic per eos aspergi & adhiberi oportet, quos Deus disciplina & salutis publicae custodes constituunt. In quorum numero ministri sunt, quos hoc nomine salem terrae dici, supra diximus, & quorum verba ignita esse debere ex ijs patet, quae Ieremieus Deus dicebat, & quae in Apocalypsi de testibus Christi ignem aduersus hostes pietatis eiactu- rantibus habentur. Isti ergo officij sui memores, mundo exulcerato & insipido salem huic serio asper- gant, & si quos perniciores vident, ijs ignem quoque adhibeant & cauterium, quo vel inuitos ac venientes conuincant. Huc pertinet quod Isaias dicitur: Clama ex gutture, ne cesses, & ex alta in- stas rube vocem tuam, & annuntia populo meo praenauaricationem suam, &c. Item quod Ieremia dicebatur: Ecce ego posui verba mea in os tuum, ecce ego constituui te hodie super gentes & super re- gna, vt euellas & excirpes, vt perdas ac dissipas, vt aedifices & plates, Et Ezechiel officij sui ad- modum grauitate admonuit Deus, dicens: Et tu fili hominis ammon iudicabis: ammon iudicabis ciui- tatem sanguinum? Indica ei omnes abominaciones suas, &c. Sed & ipse Christus Euangelij praedi- cationem a penitentiae doctrina inchoare iubet, quae absque peccatorum redargutione & correptione seria & seuera proponi non potest, sicuti prophetarum & Apostolorum exempla docent. Non est ergo quod illorum iudicia alicuius faciant ministri, qui nudam salutis doctrinam proponi vellent, & morum disciplinam nihil ad ministros pertinere clamant. Est enim hoc mundi ingenium, quod

Gen. 6. & 8.
Dei verbu igne
& sale figura-
tur.
Ierem. 23.
Ierem. 5.
Apo. 11.
Luc. 12.
Matth. 5.
Psal. 11.
Psal. 119.
Matth. 5.
Ioan. 1.
Vt homines
igne & sale
condiantur.
Psal. 119. 25.
119. &c.
Ministri
Iste 38.
Ierem. 1.
Ezech. 22.
Luc. 24.
Ioan. 3.

At quia hic magis
indicare esse vult
probitatis officio
personam respiciat
non enim, ut
oculi inflat in
suo attrahat. Quae
re, & eiusdem
exequendis
tionis hominis. Inter
nemque dicitur
a publican &
libidine omnia
cupiens, aut tan
ausa fiat. Et in
ouentur, vt sermo
simul ac publice
torum, vt saluti
in in aeternam. Am

salietur. Do-
ctis: Habere

no grauitate
vitem & melle
in tam facile
& multum
ut horitate
ea nobis ipse
vo sua conditio
a est, ad
vel publica salu-
nus.

Nam omnia
se comparati
vero sale conditio
res & illecebra
et accepta esse
in sermone
lam vitem
entes sibi vult
in ali sale conditio



redarguionem non fert, nec sua opera prava in lucem protrahi patitur. Sed non idcirco illi indulgere debent verbi praedones, quando minime decet, ut homines in vicijs suis computroserent & perirent. Magistratus. Et quia mundi imperatorum et imperatorum auctoritas maior est, quam ut verbis semper corrigi possit, verbi ministris opem hic ferre decet. Ita in semetipsis habere debent, ita eodem reipublicas rotas condire debent, et toti in hoc esse, ut sua filia commisso in officio contineant, ne quisquam illorum culpa perire videatur. Nihil enim hoc facit, nec ferat, sicuti ex sequentibus patebit.

II. Infelix eorum conditio, qui disciplinam non recte exercent.

Sequitur enim secunda ratio, quam ab eorum persona sumit Christus, quibus ignem & saltem hunc administrandum Deus commisit. Bonus est sal, inquit, id est Dei verbum & quae per illud fit correctio, in se bona, sancta, salutaris est. At si sal ipse insulsus fuerit, id est si eius dispensatio in hominem insulsum & insipientem suum, officij negligentia incidit, quo ipsum condierit. Quis dixerit: Ut sal nullo remedio restitui potest, si semel acrimoniam suam amiserit: Ita si semel sublata fuerit publica correctionis auctoritas, & qui hanc exequi debebant, ipsi vel negligentia vel malo vicia exemplo auctoritatem suam prostituerint, malum hoc erit incurabile. Quod enim aliud profertur: Dei verbum, quo illi condiantur, qui & suam & verbi auctoritatem iam pridem prodiderunt? Aut quae auctoritas ipsi corrigendis sufficit, qui propter publicae functionis dignitatem quousque alios recellunt? Imò tantum est philantia & ambitionis malum, ut tales plerumque recta monitione sibi stiliiter opponant, ne errasse videantur. Exempla eius rei prophetarum & Christi & Apostolorum pora exhibent. Quos enim omnes isti aduersarios grauios habuerunt, quam falsos religionis auctores, qui cum diuini huius ignis & salis ministri esse deberent, nihil praeter externum nomen praedicationis, quasi fulgorem ex lebere ostentabant, & omni prorsus acrimonia destituebantur, quae inspectiones & publica vicia coerceri & excindi oportebat. Quod ipsum nostrum seculo non sine horridis vitijs orbis Christiani dispersione experimur. Postquam enim diuini verbi luce extincta sal insulsus facti sunt, qui summum sibi in ecclesia locum vendicabant, mox immensum illud superfluum & viciatorum chaos inualuit, quod iam seculis aliquot nullo piorum Christi seruatorum iudicio, nullis laboribus ecclesiae precibus & lacrymis, nulla Imperatorum & Regum potentia, nulla Conciliorum auctoritate corrigi aut tolli potuit. Accidit hoc ipsum corruptis magistratibus & priuatis hominibus tribus familiis, si insulsi semel fiant, & quae alios in officio continere debebant, feruorem & acrimoniam abijciant. Facit huc exemplum Heli, quem osecranti sua indulgentia & filios suos corruptissimos per hos omnem cultum Dei in extremum contemptum adduxisse, & tandem publice calamitatis aethorem fuisse, sacra historia docet.

Salis insulsi poena. Math. 5. Lucæ 14.

Quae vero poena omnes huius similes maneat, Christus in praesenti lauculenter docet, sic dicit. Ad nihil valeat ultra, imò neque in terram neq. in sterquilinum vtilis est. Sed foras eiecitur & calcetur. Nihil enim eiusmodi hominum praeterea vsum esse dicit. Quid enim cum ministro meo, insulsi, pigre & dissoluto facias, quando alijs negotijs plerumque propter imperitiam adhiberi non possunt. Quis item Senatoris aut principis vsum esse, qui suam auctoritatem ipse prodidit? Quid ergo restat, quam ut eiectione ab omnibus conculcentur, & extremè infames ac ignominiosi fiant? Insipientium enim est (ut per prophetam ad Heli dicebat Dominus) ut ignominia & infamia noceant, quos ipsius honorem & gloriam negligunt. Facit huc exemplum, quod apud Malachiam reperitur & insulsi sacerdotibus Dominus minatur: Mitteram in vos execrationem, & maledicam benedictionibus vestris, quin maledixi, eo quod cor non applicuistis. En ego corrumpro vobis, & spargam stercurum in facies vestras, stercurum (inquam) dierum vestrorum solemnitatis & vobis vos ad se, ut nimirum toti stercorei & merdosi, adeoq. in stercurum mutati videamini. Et parò post, vobis declinatùs è via, impingere fecistis multos in Lege, corruptistis foedus Leui, dicit Dominus exercituum. Reddam ego etiam ergo vos probrosos & abiectos toti populo, secundum quod non seruastis vias meas, &c. Erant ista bodie ministri simul & magistratibus consideranda, qui de cella saecularium & politicorum auctoritate passim quiritantur. Huius enim mali ipsi sibi auctores sunt, dum frigidi & insulsi de Dei gloria & publica morum disciplina nunquam aut raro cogitantur.

1. Sam. 2. Malach. 2.

et ut multi murrum scabentes priuatis modis commodis student. Quae vitia nisi emendent, contem-
pnam hunc, quem modis impatientius ferunt, mox grauiora mala et tandem extremum interitum se-
qui ferunt.

Ceterum ad Christi verba redeamus, qui tertiam rationem ab vilitate producit, cuius respectu
homines plurimum mouentur. Habere (inquit) in vobis ipsiis salem, & pacem habere inter vos inui-
cem. Videtur ijs occurrere, qui publicam disciplinam ideo minus vrgendam esse contendunt, quod
sunt contentiones & odia ac inimicitiae inde exoriantur. Id vero diserte negat, et salem hunc pacis sta-
dio coniungens, correctionem moru publicam ita administrari posse docet, vt paci & concordia quam
maxime inferuat. Quod tunc fiet, quando ita instituitur, vt omnibus bonis constare possit, nihil praer-
ter Dei gloriam & hominum salutem queri, qui alioquin in vitijs suis toti perituri essent. Et sane ad
conseruandam pacem & concordiam nihil efficacius & vtilius esse diligentem & aequali omnibus
communi legum bonarum & verbi diuini disciplina, prudentissimi quique viderunt, & omnium secu-
larum exempla testantur. Per hanc enim improbi coercentur, quibus si quiduis impune liceat, mox
diorum fortunas & corpora inuadentes publicarum turbarum & seditionum saepe auctores sunt.
Simil etiam impatientiae & rebellionis scandalum tollitur, quod bonis interdum ex improborum im-
punitate obijci consuevit. Et qui correcti ad mentem redeunt, mox correctionis huius fructum iucun-
dissimum sentiunt, & eos tenerime diligunt, quos prius iniquis ferebant, & odio prosequantur.
Denique si peccandi impunitas nulla sit, & absque omni personarum respectu omnes ex aequo corri-
gantur, nemini de legibus conuolueri datur occasio, & cum ijs facilius in gratiam redeunt reliqui,
quos vel publice per verbi pracones correptos esse, vel legibus publicis iam factis fecisse vident. Et pri-
mum vero alijs de causis efferuntur, & discipline iugum excutunt, mox estrens peccandi licen-
tia vincit, quae tandem seditionum & publicorum malorum causa est, cum impij indies audaciores
sunt, pji vero eos antistites & magistratus colere desinant, quorum negligentia impijs animi augen-
tur. Exempla in historijs passim occurrunt, nec nostro seculo desunt, & vnam non isti aliquando
sentiamus, quod erupere sit nimia licentia, cuius praecipui auctores sunt ecclesiarum antistites, qui
se officio suo probe defunctos putant, si in absentes dictoria & conuicia iaculentur, cum interim in suo
gege grassantem motum corruptionem securi negligant. Semper ergo animis nostris inhaereat haec
Christi admonitio, vt huius memores ministri & magistratus de disciplina conseruanda assidue co-
gent, eandem vero patienter ferant qui peccarunt. Ita enim fiet, vt tam in hoc quam futuro seculo
solida & nunquam intermoritur a pace fruamur per Iesum Christum, cui debetur benedictio, honor,
gloria & potestas in aeternum. Amen.

III. Disciplina
paci conseruata
de feruit.

CAPVT X.

ET cum inde surrexisset, uenit in fines Iudaeae per regionem qua est
trans Iordanem. & conueniunt rursum turbae ad illum, & sicut con-
sueuerat docebat eas, Et aduenientes pharisaei interrogabant illum: Licet
ne uiro uxore repudiare: tentantes illum. At ille respondens dixit illis:
Quid uobis praecipit Moses? At illi dixerunt: Moses permisit libellum
repudij scribere, ac dimittere. Et respondens Iesus dixit illis: Ad duritiem
cordis uestri scripsit uobis praecipit istud. Ceterum ab initio creatio-
nis mare & foeminam fecit eos Deus. Propter hoc relinquet homo
patrem suum & matrem & adharebit uxori suae, & erunt duo in carne
una: itaque non sunt amplius duo, sed una caro. Quod ergo Deus con-
iunxit, homo ne separet. Et in domo rursum discipuli eius eadem de re
interrogarunt eum. Et dicit eis: Quicumque dimiserit uxorem suam, &
duxerit aliam, moechatur a duerso eam. Et si mulier dimiserit uirum
suum, & nupserit alteri, moechatur.

